PANAGION IN QUO SS. DOMENICANORUM, QUORUM PER ANNUM VBIQUE...

Ambrogio : di#Altamura 1608-ca. 1676






NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
8
34 G
33
ROMA

PANAGION
IN QVO SS. DOMINICANORVM,

Quorum per annum vbique ab Ordinis Prædicatorum Ecclesia solemnia celebrantur, Elogia præcinuntur.

AVTHORE
F. AMBROSIO DE IVDICE
Altamurate Magisto Dominicano.

Pars Prima.







Barij, Typis Francisci Zannetti 1671.
Superiorum Permissu.

Pro Bibliotheca S. M. S. M. 30. April. 1679.



FACVLTAS.

Liber, qui inſcriptus eſt, *Panagion, in quo Sanctorum Dominicanorum omnium, quorum per annum vbique ab Ordinis Prædicatorum Eccleſia ſolemnia celebrantur, Elogia præcinuntur* ab Adm. Reu. P. Magiſtro Fr. Ambroſio de Iudice compoſitus, & à Patribus, quibes reuiſionem commiſimus, approbatus, vt Typis mandetur, facultatem concedimus, ſeruatis de iure ſeruandis. In quorum fidem &c.

Datum Romæ die 22. Iulij 1662.

F. Io. Baptiſta de Marinis Mag. Ord.

Reg. fol. 87.

F. Gregorius Areiza Mag. Prouic. Terræ Sanctæ.

APPROBATIO.

Librum hunc, cui, titulus, *Panagion, in quo Sanctorum Dominicanorum &c.* ab Eruditissimo viro Adm. R. P. Magistro Ambrosio de Iudice Altamurano diligenter elaboratum, salibus vndequaque consperssum, argutijs, omnigena eruditione, ac pietate summa scatentem (dignum planè fætum Authore) de mandato Reuerendiss. P. Io. Baptistæ de Marinis nostri Ordinis Magistri Generalis maxima nostri animi voluptate perlegimus: Cumque nihil in eo contra Ortodoxiam, bonosque mores offenderimus; imò insigni deuotione refertum, & maximè ad nostri Prædicatorum Ordinis ornamentum, Orbisque documentum elucubratum reperimus, vt lucem sortiatur, cæterisque suo lumine præbeat lucem, censemus calamo, animo concupiscimus.

Datum Barij Kalendis Augusti 1668.

F. Thomas Barensis S. Theol Mag.

F. Bernard. Iannuitius Baren. S. Theol. Mag.

Tibi
Superlatiuis plurimis freto
Præſulatus, Generis, morum,
Prudentiæ, Oratoriæ, Sapientiæ,
In primiſque rectitudinis,
Illuſtriſſimo, Reuerendiſſimo, nobiliſſimo
Eloquentiſſimo, Integerrimo,
Et præter charitatem in Deum,
In Eccleſiam, & in pauperes
Ter maxima liberali,
Tibi, inquam,
Qui nominis obliuionem dilapidas,
Vbi lapides tuam ad gloriam reddis vocales,
Nouus hac tempeſtate Deucalion,
Tibi, inquam, Deucalioni,
Qui non iactu, ſed ſtatione
Ter, & amplius tibi ipſi
Nomen reparas mortalitate caducum
Materæ admirabili Seminario immortale.
Paſtor reuera ter Optimus,
Qui, vt gregem perpetuò paſcas,
Sata ſeris æternitatis,

Struis ſcilicet tuis clericis Seminarium;
Vt *non plus vltra* firmius ſtabilires herculeo,
Columnas non in fluido mari, vel duas,
Sed ſuper firmiſſimam petram,
Et ſeptem ponis cũ Salomone, ac amplius,
Ita ſtabiliendæ ſapientiæ, ſunt Diæceſes,
Non arcibus, ſed doctrinis.
Indiuiduus Sapientiæ,
Vt tibi propriam faceres eam,
Cum illa
Tibi domum facis communem;
Meta pontica gymnaſia diruta
(Quòd ad Diæceſim tuam attinuiſſent)
Materæ metropolitana in Vrbe
Tu diſciplinarum reparator, ac rẽpeſtatũ,
Non Pythagoræ, Archimedi, Platoni, Archythæ,
Sed hæredibus reparas tuis,
Videlicet pauperibus, & Eccleſiæ;
Hi nepotes.
Tibi
Cui adeſt Vincentio victrix Pallas,
Quæ

Quæ, vt extollat te vnum,
A cæteris feriatur.
Tibi, qui omine felicissimo
Es nactus Vincentij nomen;
Vicisti enim in sæculo puer
Carnem, & sanguinem;
In Religione adultus
Ardua quæque;
In Præsulatu maturus
Teipsum quoque Vincentem;
In Seminario tandem
Ex anfractibus tot gryptarum
Ad tantam celsitudinem sublimato
Stuporem.
Quid noui? Nihil non maximum in Lanfranchis.
Tibi
Vitæ laudibus, laudibus sapientiæ
Nulli secundo,
Primùm Episcopo Triuentino,
Nunc Archiepiscopo Materano;
Sed altiùs destinando
Pari attollentibus nisu

Vir-

Virtute,meritis,gratia,
Potissimúm in Dynastas Iberos obsequiis magnis,
In Religionem tuam maioribus,
In tuam Ecclesiam maximis, & in Deum,
In pauperes munificentia æquè,
Inque Gregem vigilantia perassidua, & ardore.
Prò! quot innocentes Matriti
Innocens à nocentibus liberasti!
Tibi,
Qui à Ducibus Reipublicæ Pisanæ prognatus
In tota Basilicata,& Regno
Dux animorum haberis
Certissimus,solertissimus, amantissimus.
Tibi,
Cui genus clarissimum à Lanfranchis,
A quibus dudum Caraccioli, & Carafa;
Ingenuitas verò à Genere,
A vigilijs,& laboribus merita,
A meritis Præsulatus.
Tibi, inquam,

Qui

Qui á Magnatibus maximis genitus,
Vberti Rubei de Lanfranchis S. R. E. Cardinalis,
Ecclesiasticæ libertatis acerrimi defensoris,
Trium germanorum tuorum Antistitum,
Hieronymi, Andreæ,
Ioannis Baptistæ, atque innumerorum
Gloriam magnam maximus contraxisti.
Domus tua seminarium sanctitatis,
Antistitumque fodina:
Tu Beniamin, vel Ioannes,
Epitome, vel Epilogus.
Tibi, inquam, cuius vita elogium tota,
Horum elogiorum humilis Author
Magister Ambrosius de Iudice Altamuras Dominicanus
E tuis maximis laudibus
Hanc exiguam portionem
In Hermathena perpetuæ seruitutis
Cum hoc opere ex corde
D. & D.

Pa-

Pater Ambrosius de Iudice Altamuranus
Magister Dominicanus. 52.

Anagramma purum:

Tu demum Pace totà aureà, nobis surgis
idem Cardinalis Marinus. 52.

Iambicum Dimetrum.

PRimus IACOBVS nobilis,
A REGE, vi diplomatis,
Prolis creatus Lucifer,
Iàm Stemma monstrat ciuibus.
CRVX ALBA fulgens, Regiam
Cunctis resignat Gratiam,
Fretam Triumphis maximis,
Palmisq; cinctam floridis.
Crucis Trophæis candidæ
ORDO MELITÆ iubilat
EQVESTRIS: hæc de IVDICE
Traxit decorum Stipitem.
Tu Pace demum promicas,

Sur-

Surgisq; nobis aureâ
Idem Marinus inclytis
Nunc Cardinalis Glorijs.
Hinc ALTIMVRA gestiat,
Fruens MAGISTRO, plurimis
Tot prædito Virtutibus,
Quot Astra Cæli fulgurant.

Canonicus D. Lucas Carolucius
Conciuis. D.D.D.

Admodum Reuerendus Pater Frater Ambrosius á Iudice Altiliensis, celeberrimus,& praestantissimus sacrae Theologiae Magister Ordinis praedicatorum. 129.

Tetrastichon
prorsus purum Anagrammaticum:

Elogijs cinctas ò tu pròfunde coronas,
Hermes ritè viges, Delius alter ades;
Mirus, summus ades: iàm carmine praemia reddat,
Orbis ritè tibi, laurea serta paret. 129.

Clauis Litterarum.

14.2.4.6.17.1.2.1.14.4.7.4.6.3.14.13.9.8
A. b. c. d. e. f. g. h. i. l. m. n. o. p. r. s. t. u.
129.

Amantissimus Concinis D. Lucas Carolucius Canonicus Altiliensis 1664.

Al Mol. Reu. Pad. Maest.
AMBROSIO DEL GIODICE
d'Altamura.

MADRIGALE.

Si loda la sua facilità in mandare
Libri alle Stampe.

DRomedarij dell'acque,
Destrieri à nobil pondo
Dell'Indico Tesoro Hispani Abeti,
Per voi s'al Fato piacque,
Mandar da nuouo mondo
Vn Tributo all'Iberia in sen di Teti.
Pur con voi si compiacque
D'vn'Ambrosio facondo
Darci tutto vn Perù ne suoi gran deti
Ond'hà di questo il Litterario Regno
Ricca flotta la penna, India l'ingegno.

S.Raimundus Ord.Præd.

ELOGIVM. I

Raimundi si patrem spectes, & patriam,
Ortus est gloriosè,
A. De Peñafort, Barcinone;
Si vitam mediteris, & mortem,
Vix potuit viuere sanctiús,
Vix securiús fato concedere.
Felix, quòd *Bononiæ* vniuersas leges ap-
Illas felicior (prehẽderit;
B. Quód ordinatè reddiderit Vniuerso.
Ab initio
C. Prima lux adfuit rudis,
Rudem Orbem vt illustraret:
Sub finem
Eruditus RADIVS MVNDI
Eruditum vt erudiret.
Humana iura perscrutans (na.
Errore suo beatus progressus est ad diui-
Canonicus inauguratus,
Adeo Primæ Regulæ totus addicitur,
Vt summum ius, eo cognito, cognouisses.

Anno quadragesimo quinto transacto,
Dominici habitum induit,
Cuius mores dudum induerat. (uit.
Tarditatẽ suã detestatus, vbi primũ agno-
Eò citiùs virtutum cursum emensus
Quò tardiùs inchoauerat.
Deipara edocente (nis instituit.
Discipulus Redẽptoris ordinẽ Redẽptio-
Bononiæ absens, & inscius,
Luce sua omnibus præsentissimus (lis.
Dominicanæ Religionis eligitur Genera-
Probauit tũc Ordo Dominicũ rediuiuũ.
Non impar honori, & oneri
Sui auxit vnà cum dignitate contemptũ.
Vt mitior esset in cæteros,
Totam sibi exhausit asperitatem.
Patris, & serui
Æquè accuratiùs partes impleuit.
Nec tamen quia semper omniũ memor,
Interdum immemor sui.
Se vno solo gaudente
Semetipso abdicatus iamdudum
Post biennio se abdicauit officio.

Ce-

Cedens muneri, charitatem retinuit ſibi,
Humilis depoſuit dignitatem;
Vt æquè dignus acciperet.
Impudicum Regem,
Quia nec tolerare poterat, nec corrigere,
Aufugit.
Numquã tantã cõſequutus eſt maieſtatẽ,
quàm cum abſceſsit è regia.
Laſciuiæ infeſtus,
Vt faciliús vinceret Venerem,
Ad æquor
D. It eam tritum in cunis.
Abſque nauigio mari ſe credidit,
Tutior illi viſa eſt pelagi fides, quã aulæ.
Vndas potuit docere conſtantiam,
quem non flexerat regius fulgor.
Vt velociùs transfretaret,
Velut impedimenta, repulit naues.
Odit & turgida vela,
Cuius animus intumuit numquam.
E. Calcat æquor, vt Petrus;
F. Inſtituit religionem, ac ille;
G. æquè habet & claues;

H. Vtrumq; ſuſcitat Angelus dormientẽ;
Vtrique oſtia patent; (puluere.
Niſi quod ille curat languores vmbra, hic

SCHOLION

A. Hæc, & reliqua habentur ex Bulla Canonizationis Clement. VIII. anno 1601. & ex Breuiario Dominicano.

B. Iuſſu Gregorii IX. Romani Pontificis decreta Romanorum Pontificum in diuerſis Concilijs, & Epiſtolis ſparſa, in ordinem, & compendium redigens, in vnum Decretalium volumen colligauit. Cuius idẽ Pontifex in proæmio libri expreſſo nomine, cum laude meminit.

C. Eſt D. Thom. p.p.q.69.art.4. ad 2. dicendum quòd vt Dionyſius dicit 4. c. de diuinis nominibus, quod illa lux fuit lux ſolis; ſed adhuc informis &c.

D. Venerem ex ſpuma maris ortam dicunt Poetæ.

E. Ha-

E. Habetur Matth. 14.

F. De Petro dicitur: per quos Religionis ſumpſit exordiũ; & Raimundus fundat cum Petro Nolaſco ordinem de Mercede.

G. De Petro, tibi dabo claues Regni Cælorum &c. Raimũdus autem fuit ſummus Pænitentiarius Romæ.

H. Dicitur de Petro Act. 12. Percuſſoq; latere Petri excitauit eum &c. Et rurſus: venerunt ad portam ferreã, quæ vltrò aperta eſt eis. Et de Raimundo: Cum Angelo Cuſtode tanta ei inerat familiaritas, vt frequenter è ſomno excitatus ad orandum inuitaretur. Et iterum: Cui poſtea ad Cænobium properanti, atque hominum plauſus fugienti, portæ vectibus ferreis occluſæ, vltró, nullo recludente, patuerunt.

I. Act. 5. vt veniẽte Petro, ſaltem vmbra illius obumbraret quemquam eorum, & liberarentur omnes ab infirmitate. & de Raimundo: Quin & illud perpetui

miraculi vim obtinet, quod è primo eius ſepulchro puluis enaſcitur, qui licet magna copia inde aſportetur, numquam tamen deficit: eoque innumeræ, ac graues curantur infirmitates.

Aliud ex P. Maſculo Societ.

Extulit hũc in Cælũ in primis honorũ fuga;
Inſulas non admiſit pontificias,
faſcias non admiratus eſt regias,
Vt liberos aulæ fugeret mores,
Prodigiosè calcauit mare,
Velicatus ſine nauigio.
Purior illi viſa eſt vnda, quàm aula;
Tutior pelagi fides,
Fauonius gratior, quàm fauor regius.
Niſi quód dũ Reges fugit, in regna incidit;
Impe are enim ipſe tunc cæpit,
Cum ab alienis receſſit imperiis.
Dedit non terris iura, ſed fluctibus;
Vſus eſt non tridente, ſed baculo.
Virga ceſſit in nauigij malum.
Im-

Immò in maritimi regni ſceptrum.
Oppaſſum pallium ventis
Inſigne regij paludamenti fuit.
Nouo ſe Regi ſubiecit Oceanus. (re.
Tumuit aura tegmen, detumuit vndis ma-
Tunc primum eius indumenta didicere,
Quid eſſet tumor,
Cum in ipſo Raimundo erant, ignorabãt.
Cætera hic præclarè facta potuit velare,
Sed velari nõ potuit tantũ prodigiũ veli.

S. Thomas Aquinas.

ELOGIVM. II.

S. Thomas
Genere, doctrina, ſanctitate,
Inſignis. (cus.
Aquinas, ſol Sacræ Theologiæ, Angeli-
At ne noſtrũ in Cælo arbitrareris creatũ,
In terris eius deſcribitur Genus, Aquinas.
Ne verò nudum hominem crederes,
A. De patria diſputatur terreſtri.
Diuinus Sol diſciplinæ

Ex Aquinatum aquis emergit,
Exortus, occidet numquam:
Semper enim in Cælo
Catholicæ veritatis erit immotus.
Sol est, (decerno.
B. Sed quodnã potius signũ peragret, non
C. Si Taurũ dixerim; astipulatur Albertus.
D. Si Aquarium, prosapia nobis arridet.
Quòd si bos mutus dicatur,
Taciturnitate meruit sua,
Vt ei à Crucifixo, & Orbe
Datus plausus esset sonantior.
Hoc scio, extra propria (gari.
E. Per lacteã Dominicanæ Religionis va-
Hoc scio
F. Faustissimũ Orbi Planetam, in hæreses,
Vt positum in Leone, insurgere.
Sol nobis
G. Infaustissimus illis Cometa.
Hoc scio
Virginem se in Virgine profiteri.
H. Estq; huic cum Astrea commune,
I. In Concilijs librare dubietates.
K. So-

K.Solis inſtar,nõ ãte natus,quã ſplẽdidus,
Eiulatu, geſtibus, animo
Virginem ſtatim repetijt.
Sidus hoc totum ambit, (tia.
L. Quia charior Thomæ Mercurius,Sapiẽ-
At quamuis hoc ſignum irradiet,
Tamen tam fauſti Solis afflatu
M. (Ac ſi oppoſitũ luſtraret Arietem)
Fæcundior Eccleſia reddita
Quotidie in flores erumpit.
Ver attulit Eccleſiæ nouum,
Niſi quòd vere hoc angues hæreticorum
N. Non renouati ſunt,ſed occiſi.
Sol hic
Æquè partiens lucem
Philoſophis, & Theologis;
Lucidiſſimus ſemper vtriſque.
Thomas èſt, & Aquinas,
Abyſſus nempe aquarum.
Prope dixeram,ſapientiæ.
Ambigis? dictum eſt; doctrinarum.
Hinc ſitim maximam ediſcendi,
Quæ diu torſerat homines,
Flu-

Fluentibus ſuis Aquinas,
Calami reſtinxit, & linguæ.
Fabulabatur Lucretius
E tellure ſidera orta;
Sol noſter è Theodora.
O. E Theodora,
Etenim totum hoc donum Dei.
Deductam Cælo Theologiam
Ita clarè imperti jt terris,
Vt prodigioſè noſtram in via,
P. Nudatam obſcuritate contenderes.
Verè Sol,
Q. Qui retrogradationem non paſſus
Semper velox ad meliora.
R. Orbem veritatis perluſtrans
Numquam viſus in Perigæo.
Hæreſes conuictum deflectens,
Ecliptica nunquam deflectit à ſua.
S. Poſitu ſub quocunque, Gymnaſia
More Aſtrorum, vt luceant,
Ab eo mutuantur ſplendorem.
Occidens
Eius fama nequiuit lapide tegi,

T. Qui

T. Qui Horizōtèm excurrens vitæ,
V. Nullo falsitatis tectus est nube.
In hoc visus est maior Sole,
X. Vel quòd eius sapientiæ claritas
Splendor est absque macula.
Vel
Y. Quod ille perdit vim in Aquario,
Hic lacrymis exaltatur. (mæ;
Z. Assistēs intelligentia Cherubim Tho-
Ni Cherubim ipse Thomas.
Plumas Soli negatas,
Huic ad volandū suppeditauit ingenium.
Quare
AA. Velut celebris Malachiæ
Alis eruditissimi calami peruolās veritatē,
Sanitatem habet in pennis.
Anno sui excursus L.
BB. Qui sub hoc Hemisphærio
Obscuritatem protexerat fidei,
Perennè claritudine splendet in altero,

SCHO-

SCHOLION

A. De patria S. Doctoris adhuc altercantur Historici, vt videre est apud Annales nostri Maluēda. F. Stephanus de Salanaco S. Thomam Apulum vocat. Laurentius Ananias in Fabrica Mundi tract. 1. pag. 118. Natum se in Calabria Sanctū ipsum Thomam affirmasse asserit, sed locum, vbi id scripserit, non prodit. Petilia vrbs Calabriæ, vulgò Belcastro, iactat apud se ortum virum Dei. Thomas Cantipratanus lib. 1. de Apibus cap. 20. § 10. eum de partibus Romanorum fuisse commemorat. Quod etiam asserit noster B. Hūbertus lib. 4. de Vitis Fratrum c. 16; §. 3. S. Antoninus de ortu S. Thomæ hæc habet 3. p. hist. tit. 23. c. 7. §. 1. *S. Thomas de Aquino Ordinis Prædicatorum Doctor egregius, nobilibus ortus natalibus, de domo, ac illustri prosapia Comitum Aquinorum in confinibus Campaniæ, & Regni Siciliæ duxit originem*. Disputatur igitur de patria

S. Do-

S. Doctoris, ac antiquitus de patria Magni Homeri certarunt.

B. Duodecim esse Zodiaci signa, cōpertum est apud omnes: Accipe versus Homeri:

Hinc Aries, Taurus, Gemini, Cancer,
Leo, Virgo,
Libraque, Scorpius, Arcitenens, Caper,
Hydria, Pisces.

C. F.Guilielmus de Tocco: *Albertus miratus dixit: Charissimi fratres.nos vocamus istum bouem mutum, sed adhuc talem mugitum dabit in doctrina, quòd totus Mundus audiet.*

D, Ab Aquinate ludimus ad Aquariū.

E. Ad albedinem habitus Dominicanæ Religionis alludimus. An verò via lactea, siue Galaxia sit aggregatum stellarum, vel partes Firmamenti solidiores, vel exalationes, diximus in metheor. Poetæ reddentes causam, inquiunt, euenire circulum illum,, quia illác solarem currum Phaeton egerat, & præcipitarat. Manilius: . . . *ma-*

. . . . manet illa fides per secula prisca
Illac solis equos diuersis curribus esse,
Atque aliam triuisse viā, longumq; per æuum
Exustas sedes incoctaq sidera flammis
Cæruleam verso speciem mutasse colore.

Alij putant id fieri, quia Iuno expresso vberibus lacte tinxerat eum locum, qui propterea lacteus dicitur à Latinis. quare Manilius famam esse ait vulgatissimam:

. . . . lactis fluxisse liquorem
Pectore Reginæ diuum, cælumque liquore
Infecisse suo: quapropter lacteus Orbis
Dicitur, & nomen causa descendit ab ipsa.

Nonnulli, quia in illa cæli parte illustriū virorum domus sita esse credebatur. Vide Manilium. Quidam: nam animi ab inferis redeuntes, illac sibi aditum moliuntur in cælū, Ouid. 1. Metamorphoseos.

Est via sublimis, cælo manifesta sereno
Lactea nomen habet, candore notabilis ipso:
Hàc iter est superis ad magni regna Tonātis.

At ratio philosophica tacta est à nobis loco citato.

F. Do-

F. Domus solis est Leo: quare ibi maximas suas vires ostendit. Reliquas Planetarum domos vide in nostro Introductorio Astrologico.

G. Fatales esse Cometas, mortemq; præsagire, receptum est apud omnes. Interdum verò significant terræmotum, Quandoque terræ sterilitatem, ac famem. Aliquando aeris intemperiem, epidimiā, & alios morbos. Non rarò Principum mortem. Tandem prælia, & excidia; vt tempore Titi Cometa pendens supra Hierusalem, eius præsignificauit excidium. Author est Iosephus lib. 7. de bello Iudaico c.44. At de his luculenter diximus in Metheoris, & in nostro Introductorio Astrologico.

H. Est Astrea, siue Iustitia vnum ex Zodiaci signis, quam quidam Virginem, alij Erigonem Icarij filiam esse putant, ob insignem pietatem in cælum translatam. Virg. 2. Geor.

Qua locus Erigonē inter, Chelasq; sequētes

pan-

panditur . . . .

I. In Breuiario Dominicano lect. 5. in Octaua S. Doctoris: *Quòd & antea, & liquidò nuper in ſacris Tridentini Concilij decretis apparuit*.

K. Ibidem: *Quæ ægrè tandem manum infantis aperuit: abſtractaque charta, conſpicuis literis in ea ſcripta viſebatur Angelica Salutatio, Aue Maria. Sed cum infans ploratu, & geſtu chartulam inſtanter repeteret, redditam ille mox deglutiuit*.

L Virgo domus Mercurij apud Aſtrologos; Mercuriuſque apud Poetas Deus eſt ſapientiæ.

M. Sole in Ariete, quem ex diametro conſpicit Libra, tellus progignit flores; idque fit XII Kalendas Aprilis.

N. Vere ſerpentes renouantur.

O, Theodora, ſiue Dorothea Græcè; latinè donum Dei. doron, ideſt donum, & theos, ideſt Deus.

P. Theologia prout eſt in nobis viatoribus ratione ſtatus eſt imperfecta, & obſcu-

obſcuritatem inuoluit : euidentiam enim non habet principiorum. Ita Interpretes 1.p.q.p.art. 2.

Q. Planetæ dicuntur directi, quando mouentur in conſequentia ſignorum tardiores fixis. Retrogradi, cum in antecedentia velociores fixis. Stationarij, quando vná cum fixis æqué velociter mouentur. Vocantur tardi, quando motus eorum minor eſt ſuo mediocri. Veloces, cum maior. Lege in noſtro Introductorio Aſtrologico, vbi de ijs tractauimus luculenter.

R. Inter alias, ſunt & hæ affectiones Planetis, puta eſſe in Apogæo, in Perigæo. Dum ſunt in parte ſuperiori, dicuntur eſſe in Apogæo, ſiuè in abſide ſuperiori : dum ſunt in oppoſito, dicuntur eſſe in Perigæo, ſiue in abſide inferiori. Collige Apogæa, & Perigæa ex Tycone. Quidquid Galilæus conetur noui adducere.

S. Cuncta ſidera mutuantur lumen à Sole.

T. Horizon eſt circulus maior in ſphæra diuidens inferius hemiſphæriũ à ſuperiori. Vnde appellatur Horizon, ideſt terminator viſus. Damus ſex circulos maiores, ſcilicet æquinoctialem, Zodiacum, duos coluros, meridianum, & Horizontem. præter hos ſunt alij quatuor minores; de quibus in noſtro Introductorio Aſtrologico.

V. De S. Thomæ doctrina Vrbanus V. anno 1370. ita mandauit: Volumus inſuper, & tenore præſentium vobis iniungimus, vt dicti B. Thomæ doctrinam tamquam veridicam, & Catholicam ſectemini, eundemque ſtudeatis totis viribus ampliare. Rurſus Clemens VIII. in ſecunda Bulla ad Neapolitanos: *Quos ille ſine vllo prorſus errore conſcripſit, & quos deinde conſcriptos expreſſa Chriſti Domini*

voce

voce comprobatos audiuit. Et Innocentius VI. *Huius Doctoris doctrinæ (excepta Canonica) habet præ cæteris proprietatem verborum, modum dicendorum, veritatem sententiarum, ita ut numquam, qui eam tenuit, inueniatur à tramite veritatis deuiasse, & qui eam impugnauit, semper fuit de veritate suspectus*. Plura lege apud Ioannem de S. Thoma p.p. in tractatu de approbatione, & authoritate doctrinæ Angelicæ D. Thomæ, Seraphinum Porrectam p.p. Magistrum meum Nazarium, & alios penè innumeros.

X. Habetur Sap. 7. Candor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula Dei maiestatis, & imago &c. quod de Christo interpretatur Hgo Cardinalis ibidem. Nos autem appropriamus Angelico.


Solét in Sole quædam maculæ apparere; & apud circulum illum præcipuè, qui est maximus, axemque so-

lis ad angulos rectos interſecat. Quid autem hæ ſint, diuerſæ fuere Aſtronomorum ſententiæ. Globos perennes eſſe cōtendit Malaapertius, quos Auſtriaca ſidera nominat. Eius tamen ſententiam impugnat figurarum varietas, mutabilitaſque. Si enim corpora ſunt mūdo coæua, cur nō rotunda? aut ſaltem, ſi alicuius figuræ ſunt, cur non illam conſeruant? qua de re tamquam cæleſtes quidam Protei in deformitatem exlegem, & irregularem degenerant? qua de cauſa ſubnaſcuntur in medio? & cur ortæ apud limbum, euaneſcūt in diſco? quam ob cauſam tam rarò reuertuntur, vt loco miraculi habeantur vmbræ reduces? non ergo bene Malaapertius diſcurrit. Nec nobis placet Keplerus, qui nubes eſſe demonſtrat. Nam vnde tantus vapor? Si enim Sol mille ſemidiametris terræ á nobis diſtat, nonnullæ maculæ maiores eſ-
ſent

ſent tota Africa. Et ſi diſtet decem millibus, aut etiam pluribus (ſicut demonſtrant plures Aſtronomorum) certè erunt maiores tota Terra. Igitur dictæ maculæ non vapores. Autumant quidam Solem, ſicut cætera mūdi corpora, aſperū eſſe, ac in Zona media habere mōtes maiores, & eminentiores, materia liquida, quæ lucida eſt, circumfundi, quæ incremēta, & decrementa (fluxum, refluxumque) patitur; & cum ſubſidit, detegere montium ſolarium culmina, quæ ab Aſtronomis dicuntur maculæ: & cum intumet, & montes omnes ſuperat, Solis faciem ſplendorum puritate ſuffūdere, & maculis omnino priuare.

Y. Sol (ſecundum Aſtrologos) perdit vim in Aquario; ibi enim eſt ſuus caſus, & detrimentum.

Z. Ariſtot. 12. Metaphyſ. text. 44. ponit Intelligentias cælorum motrices. Vide D. Thom. ibidem, & p.p.q. 110. art. 1.



AA. Habetur Malachiæ c.4.v.2. Orietur vobis timentibus nomen meum, Sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius.

BB. Fides est de nõ visis, & habet obscuritatem. Ad Hebræos ij v.1. Est autem fides sperandarum substantia, rerum argumentum non apparentiũ.

Aliud ex Ioanne Baptista Vrsi Soc.

Sanctus Thomas,
Parthenopæus,
Cælestis Sol disciplinæ
Haud oritur, occiditque
In Cælo Christianæ Religionis immotus:
Nec si diem affert Eois, aufert occiduis;
Semper vbique omnibus
Æque lucem diuidens:
Nec interiectu subtrahitur terræ,
Quam intimè radijs permeat, & illustrat:
Nec oppositu delitescit Lunæ,
Quam supra se aspicit,

Can-

Candoremq; eius ingenuum ſuſcipit:
Nec lapide tegitur,
Qui nulla tectus nube,
Non minus viſus eſt
E Cælo lapſus ad terras:
Quàm è terris ſublatus ad Cælum.
Alas indutus
Aurei calami, radijque ſolaris
Vixit An. L.
Aſpectu ſubtractus hominum
An. Sol hum. CIↃCCLXXIV.

Aliud ex Iuglare ſoc.

Ad imaginem S. Thomæ Aquinatis in Bibliotheca S. Marci Florentiæ ſuos inter Interpretes ſedentis.

En tibi omnem
In vno demum capite Bibliothecam.
En omnem in vno calamo
Militantis Eccleſiæ Panopliam

Abyssus sapièntiæ Thomas;
Exhauriēdus nūquam, hauriēdus sēper.
Capacissimas, quas circūspicis, Animas,
Sibi redundantibus Gazis impleuit.
Bos mutus
Próh! quot vocalia fecit oracula!
En Angelus facierum
In tam dissimilibus discipulis
Idèm semper magister.
Pròh! quot in Theologiæ cælo
Accendit primæ magnitudinis sidera!
Ægrè tamen tam multi digerant,
Quod vnica olim in pagina
Puer librorum helluo deglutiuit.
Diuina non esset
A Deo data, & laudata sapientia;
Si exhauriri ab hominibus tota posset

SCHOLION

Astronomi sidera recognoscunt primæ magnitudinis, vt Regulus &c.

Aliud

Aliud ex P. Masculo.

Salue patriæ decus, patriciorum gloria,
Medulla sapientiæ diuinioris interior,
Flos integer, & illibatus ingenij.
Fecisti splendenti luce virtutis, atq; doctrinæ,
Vt fumosæ maiorum vincerentur imagines.
Penè viluerunt triũphales adoreæ Ducum,
Alatæ Victoriæ, trophæa, manubiæ.
Mirata est Fama celeriorem mentem tuam,
Quàm pennas suas.
Ambigit illa, vtrũ fortiorẽ te dicat, (fraternã
Quòd lacrymas vicisti maternas, an quòd iram
Cũ sacrã lacerarunt chlamydẽ, nudare conati;
Apertius patuit generosum pectus.
Sed admirationem superasti omnem,
Cum Venerem vicisti torre armatus ignito;
Extinguere voluisti igni, nẽpe ortam ex aquis.
Nemo bellatorũ fratrũ tam acer fuit in campo,
Quàm tu domi tuæ.
Tyrocinium imbellis ætatis,
Magisterium fecisti inuicti pudoris.
Opposuisti Furiarum tædis tuam.
Immò & tu cæpisti furere, sed sanè.
E cinere accepisti quod opponeres
Vibrato capillo calamistri cinere. (reũ.
Experta est te cerusata mulier haudquaquã ce-
Ideò

Ideò non inuasisti illam ferro , sed igne,
Quia Lernæam putasti hydram ,
Sed sibilis explosa est suis.
Quamquā nō tam torris fuit ille, quàm fulmen;
Intonuisti voce, clamore, minis.
Cecidit illa corusco fulgure oris attonita,
Nempe aquilam prætetulisti fulmineam ;
Eius more in clarissimum veritatis solem
Defixisti acerrimum mentis obtutum ,
Idem tamen columbini candoris fuisti;
At ne miles habereris discinctus à fratribus;
A superis præcinctus es militari balteo .
Tunc te à Cupidinis expedijsti laqueis,
Cum sacra obligatus es Zona ;
Hac elusisti incestæ illius matris cestum.
Nullæ vigiliæ tam strenuum faciunt militem,
Quàm tuus tunc te fecit sopor ;
Sopita deinceps torpuit omnis illecebra .
Prædicta est vaticinio pietas tua ;
Sed quid prænunciari de te non potuit boni;
Cum cælestis verba nuncij hausisti gutture ?
Quid te infante gratius ,
Quem inscripta plenè enutrijt ipsa gratia ?
Ne vitæ pudor posset notari ,
Virginales deglutijsti notas ;
Vilis deorum haberi cæpit ambrosia .
Ita magnis rebus prælusisti maximis puer.

Bos

Bos mutus es dictus, nisi quòd exarasti literas,
Quibus iners, & hebes obmutuit Grecia.
Mira præstantia vel doctrinæ, vel morum
Fecisti vt victi erubescerent Sophi;
Scilicet habent illi, quo vultũ obtegant palliũ.

Aliud ex Io: Andrea Alberto Soc.

Thomas Aquinas

1. Inter homines Angelus, inter Ange-(los
Homo.
Vel geminatum prodigium Angelis,
Et hominibus.
Splendorem sanguinis ne desideres:
Auorum luce non indigere, est
Splendor maximus in nepote:
Quærámus sanguinem, cum homines
Commendamus:
Calamos, cùm de Angelis sermo est.
Nihil isti lucis à sanguine;
Ruboris plurimum.

2. Ma-

2. Matrem, Fratres, Sorores,
Vnico appellat nomine Hoſtes ſuos,
Et patriam carcerem.
Satis erga conſanguineos pius,
Si eorum impietatis obliuiſcatur.
Vnicum ijs beneficium penè debuit,
Bonam indolem.
At inde parùm gratum eiſdem
Cum ſe nouit, omni ſolutus eſt
Debito pietatis.
3. Prima odia ſuſtinuit in cunabulis,
Vt in carcere.
Comperto in eius manibus furto,
(Salutatio erat Angeli ad Deiparam
Deſcripta in chartula)
Quæ paulo ante nata ſunt, ſine
Magiſtro, duce natura, mammas
Appetunt, & quærunt paſtum:
Naturæ, non caſus eſt ſancta puero
Verba quæſita, is enim eius eſt paſtus,
Hæ mammæ.
Lac ſugere ſibi videbitur, cum Virgini
Salutem dicet, & laudes.

Eri-

Eripit nutrix puero chartulam,
Meliora vbera numquam dabit.
Contra nititur ille,
Vtatur dentibus, ſed non habet.
Edentula innocentia eſt.
Pugnat lacrymis, armis ſcilicet pietatis,
Pro pietate.
Eſt vocalis fletus in puero, ſed non
Auditur;
Quia nondum cauſſa percipitur
Lacrymarum.
Procul vbera nutrix:
Puer hic lacte virgineo nutriendus:
In æde patria candori ſuo timet
Inſidias vndique, vel in lacte.
4. Ereptam iterum nactus chartulã
Protinus helluatur.
Vrgebat fames.
Condatur in ſtomacho, quandò
Haud tuta fuit in manibus,
Vel maternum ſanguinem expiabit
Vt pharmacum:
Vel alexipharmacum muniet ad

Ve-

Venena ;
Verius erit in Venerem amuletum.
Legerè, quæ nescit oculus, cor intelliget.
Habet & cor oculos suos ;
Sed quibus non nisi virginea videat,
Et intelligat.
5. Sic ille indolem suam docuit,
Vt quoties subindè fleret, librum (ret.
Petere putaretur, acquiesceret, si habe-
Infanti dato crepundia,
Dentur libri magistris.
Quid ille id ætatis cum libris ? vt discat.
Supra ætatem non est, quia hic
Supra hominem.
Edere, citra magistrum pueri norunt.
Thomæ edisse, est didicisse.
6. Quinquennis in Cassinati monte
Monachis traditur erudiendus.
Non idoneos adis homines Theodora,
Humanis *vt* artibus imbuatur,
Vel humana nescient monachi,
Vel non sunt monachi.
Discet humana contemnere, si suos
Au-

Audiat Præceptores,
Odiſſe, ſi videat.
Magni puer ingenij in hac ſchola.
Mater ea te volet diſcere, quæ
Subinde oſura eſt.

7 Sub diſciplina monachi cōſtitutus,
Mauros reddidit Benedicto, Monachis
Benedictum.
Tantùm non erat habitu monachus.
Orando, & ſilendo certè monachus
Inter ſocios, inter quos ſolus erat,
Omnino.

8. Doceri flagitat à Magiſtro,
Quid Deus ſit.
Hoc primùm Alpha ni diſcat,
Scire ſe nihil poſſe cognoſcit;
Scitурum omnia, ſi didicerit.
Si petat alius quid ſit Deus,
Thomam oſtende.
In eo, vel ſeſe Deus aperuit,
Vel effinxit.

9. Inde accitus Neapolim, antequā è
Pueris Thomas excederet, ea didicerat,
Qui-

Quibus excedere ſenes ſolent.
Rhetoricam, Dialecticam, Philoſophiã,
Intra quartum decimum ætatis
Annum, penitus hauſit:
Ediſſe ſanè putabitur ſapientiam,
Non induſtria comparaſſe.
Summa votorum erit, optaſſe ſcire
In ſenio, quantum iſte ſciuit à puero,
Et cùm hoc impetrabitur, naturæ
Fiet prodigium.

10\. Neapolis Parthenopes Sirenis niſi
Sepulchrum fuerat, fuiſſet certè ſub
Thoma, quem ſuis cantibus pellicere
Non potuiſſe, adeò verum eſt, quàm
Fictum illud Vlyſſis.
Ne ſepultas Neapoli dicas Sirenes;
Sepulchrum reris, cunabula ſunt,

11\. Aures igitur Dominici cucullo
Inſignire cõſtituit, ſeſeque malo crucis
Vincire, quo tutior viueret.
Quod ne videretur portentum in
Puero, ſenem conſilijs occupauit.
Odioſum ſe quiſque putauit Thomæ,

Cum

Cum fugeret;sic ab omnibus amabatur.
Nec Dominicani Patres inuidiam
Declinarunt:
Auiditas communis est prædæ,
Sic ab omnibus petitur.
12. Theodorā rei nouitate perculsā
Thomas vt fugiat, Romam petit.
Haud fugeret, ni matrem nosset:
Nec matrem credidisset, si quæ
Passurus erat antè cognosset.
Vno, eodemque sub odio, & matris
Lacrymas, & Sirenū cantus abominatus.
13. Romam subsequitur genitrix:
Stimulus est ad viam fugiens natus.
Qui minus parentem pungere
Voluisset, ne pungeretur ab illa.
Si Romæ desinas matrem Theodora,
Filius iam alienus, non tuus, vltrà
Non fugiet.
Vt clauus clauum, sic trudit
Pietas pietatem.
14. Roma Parisios Thomas properat:
Interceptum per fratrum milites

Theodora ſuis habet in manibus,
Sed non in corde.
Matrem exerit totam, ſi deducere
De ſententia natum poſſit:
Ille viciſſim exuit totum filium.
Poſſunt in filios ſuos matres, non
In alienos.
Hortatrix in idem ſoror obſiſtentem
Experta, facit id, quod damnat in
Fratre, Religioſum ordinem init.
Sic hoſtes ſuos Thomas vlciſcitur:
Cogantur ferre, quod durum pati
Putabatur in illo.
15. Fratres è bello reddeunt; pacem
Iniere cum hoſtibus, ſimultates
Acturi cum fratre.
Hoſtem rati, qui à ſuis cupiditatibus
Diſſidebat.
Matris pietatem (ſi tamen pietas,
Non potius feritas) vlciſci impietate
Contendunt.
Num quid Fratris in Thoma reliquum
Sit, inſpecturi, religioſas veſtes
Di-

Diſcerpunt.
Amentes, qui veſte tenus Monachum
Putent.
In nuda innocentia, impietatem
Suam adſpiciunt.
Lacrymis, manibuſq; repugnat
Thomas, at fruſtra:
Neſcire lacrymas ſolent milites.
Vt in veſte diſcerptus, ſic integer
In ſententia.
16. Mox coniectus in carcerem, ad cellã
Sibi viſus deduci.
Carcerem nullum putat, vbi
Non videat conſanguineos,
Quæ non audet irata pietas!
Se ipſam perdet, vt faciat impios,
Quos ſe profitetur amare.
17. A Dæmone fuit conſilium, pudet
Dicere, ſed per fratres.
Impudicam mulierculam, non pulchrã,
Quia impuram, in caſtiſſimi
Adoleſcentis honeſtatem immittunt.
Æquius viſum fratribus in lupæ

Sinu fratrem videre, quàm Virginis,
Illum perdere, vt retinerent.
Hactenus sine supplicio carcer.
Lacum subindè, caueamq; ferarum
Expertus est castus Daniel, sub hoc
Spectro.
In arce positus es Thoma, quid times?
Quia cum homine sum.
Declinare hostem non possum;
Quia in carcere.
Liber sum, si me expediero istis laqueis.
18. Torre, vt erat ignito fœminæ flãmas
Excutit,
Tantundem addens ardoris inferis,
Quantum repulit à se ipso.
Maius profecto facinus, quàm
Carceris capi queat angustijs,
Dum luce sol indigebit, suppeditabit
Hic torris.
His tædis suos ducet Castitas
Hymenæos.
19. Eodem quo victoriã tulerat candẽti
Carbone, crucem in pariete finxit.
Ni-

Niger quî poterat esse carbo, quo
Candor ipse seruatus?
His igitur crucis aris pæana cecinit
Ad triumphum
Et triumphare licet in carcere,
Vbi licuit vincere.
Ardentibus oculis (eo enim ignes
Omnes cucurrerant, niues pectoris
Defensuri) somnus complexus est
Fatigatum.
Tanti est laboris, ac operis mulierem
Repulisse.
Arctissimè lumbos stringi sentiens
Inter somnum, rediisse mulierem
Suspicatus, somno excitus vidit Angelos:
Eos ille custodes meruerat castitatis.
His vinculis strictum cum ea virtute
Coniugium.
Semel pati profuit vincula, &
Pugnare, semper vt pace, libertateq;
Frueretur.
Sic tamen exindè vitam traduxit,
Vt se putaret in carcere,

Sic cautè, vt timeret incendia.
Arcis ſuæ præſidium nullum tutius
Metu duxit.
20. Obduratū parentis animū laſſauit,
Non vicit Thomæ conſtātia.
Biennium in ſqualore carceris
Tyrocinia crucis poſuit.
In ſumma Orbis Chriſtiani pace,
Extra domeſticos parietes, tale nunquã
Beneficium retuliſſes, vt ſummum illud
Honoris, ac gloriæ, quod lictoribus
Martyres debuere, deberes genitrici.
Expeditus demum vinculis, clam
E feneſtra demiſſus, inter vlnas
Patrum excipitur.
Talis è Cœlo Angelus deſcendiſſet.
Paulò tamen pulchrior Angelo,
Qui deſcendebat è carcere.
21. Redditus Patribus furtim
Neapolim ducitur.
Haud ita tutum putatur oſtendere,
Quod quia pretioſiſſimū eſt, prouocare
Poſſit ad prædam.

Ite-

Iterum donatus ordinis indumentis;
Candidæ vix indigus tunicæ,
Hanc ſibi texuerat intimam,
Candido vellere caſtitatis.
22. Coloniæ ſub Alberto, ex quo
Diſcipulum tantum habuit, Magno.
Ad Theologiam adiunxit animum.
Si tacuit cùm audiret, modeſtiæ fuit,
Ne præceptoris officeret magnitudini.
Non enim niſi maxima loqui poterat.
Bos mutus vulgo dicatur:
Verba Bouis in Cælo ſidera ſunt.
Os intuere dum loquitur.
Angelum refert moribus, Aquilam
Calamo, Leonem ſcientiæ robore,
Taurum capite.
Magiſtros ſuos Eccleſia, vnius
Videat in epitome.
Quàm floridum ver erit Eccleſiæ,
Cúm Sol iſtius radiabit in ſigno.
23. Hoc vnum Thomæ deerat ad
Magnitudinem, vt in magnorum
Vrbe Pariſijs ageret præceptorem:

Hæc vna Parisios manebat gloria,
Thomam vt cernerent, & audirent.
Simultas tamen orta, inter oculos,
Atq; aures, maiora ne illi viderint
In agente, an istæ audierint in docente.
Vtrinq; deceptio:
Nemo maiora audiuit, aut vidit,
Erant maxima.
Non poterat de ijs ferre orbis sententiã,
Quæ in alio, nunquam aliàs apparuerãt.
24. Magistrũ sententiarum tuis sentẽtijs
Illustrasti:
Fecisti omnibus dubium, an tibi
Æquiús, quám illi titulus deberetur.
Magistros tuis facturus sententijs.
Scisse omnia iudicabitur, qui te scierit.
Hoc demum inaugurandis
Præceptoribus, certum erit, solumq;
Suffragium, si te nouerint.
Academijs, ac cathedris numina
Sunt, quæ scripsisti.
Quæ tua gloria dicenda est æterna,
Et immortalis, qui tot maximos
Iam

ſam feciſti,& facies,tuæ non dicam
Cognitione, ſed veneratione ſapientiæ.
25.Mitto quæ bono Dominicanæ fami-
Pugnaſti calamo: vel Dominico (liæ
Adnatum ſidus, vel fax oris,
Imò orbis,& ordinis prædicabere.
Quæ Romæ,quæ Bononiæ,quæNeapoli
Mitto.
Elogium Thomæ ſit, numquam
De illo dici tot poſſe, quin plura
Maneant, quæ dicantur.
26. Sol ſapientiæ, Flos Theologorũ,
Ornamentum Philoſophiæ, Eccleſiæ
Clypeus,Malleus Hæreticorum,
Alumnus diuinitatis,
Et proprij Thomæ tituli sũt,& cõmunes:
Thomas ipſe ſibi titulus ſingularis.
Ita nemini componi poteſt, quia
Neminem non excedit,
Ioannis XXII.Pont.Max.veriſſimum
Effatum eſt,
Thomæ tot eſſe prodigia, quot
Quæſtiones enarrat.

27. Re-

27. Recondita doles quæ ſcripſit?
Theſauri ſunt.
Auaris eruentur ingenijs, quia
Diuitiæ ingeniorum.
Litterulas quotquot iecit in paginas,
Librorum ſemina credito.
Meſſem in illo feret æternitas ſapientiæ,
Quibus ſudoribus irrigabitur, dabit
Pretium vbertate.
28. Quatuor amanuenſibus, eodē tēpore
Diuerſiſſima quæq: ſcribenda
Dictabat.
Magnorum fluminum eſt multiplices
Exitus quærere.
Non hæc Alberte, tametſi Magne,
Non hæc Hibernenſis, veſtris hauſta
De fontibus.
Tantundem deſcendit aqua, quantum
Aſcendit.
Deſcendiſſe tota Cœlo putetur
Sapientia, quæ ad Cœlum vſq; aſcendit.
29. Eruditarum frontium primus labor
Inexhauſtus, ipſa exhauriens maria
In-

Ingeniorum.
Lucem ſapientibus faciet, cùm accipiet.
Videri non niſi alieno poterit lumine:
Tantus eſt ſuo.
Ad quē probabunt Aquilæ ſuos fœtus.
Suos calamos fatigabunt.
30. De Trinitatis myſterio ſcribentis
Vritur manus, citra ſenſum, atque
Dolorem.
Non erat in manu animus,
Sed in Cœlo.
Cùm Diuo Ludouico Galliarum Rege;
Regia otiatur in menſa, conuiuia
Ne turbet animi.
In ea Sāctorum menſa, non
Obſeruanda ora, ſed mentes vt
Epulentur.
Conditis venationibus, captum
Thomas appoſuit Manichæum.
Hæc ſola fera deerat ad conuiuium,
Libros igitur ſcribere,
Hæreticos impugnare,
Conuiuia Thomæ dicantur:
Sed

Sed & eius erudita ieiunia, quin
Et lacrymæ, ne quid non Theologum
Putes in illo.
31. Vel assiduò docens in cathedris,
Vel ad populum verba faciens, vel
Ad pluteum scribens,
Mentem dedisse dicitur sapientiæ,
Cor pietati,
Vel vtrumq; vtrique.
Qui Thomæ prodigia Pontifex
Recensuisti, totidem adde, quæ idem
Egit orando.
Orantis erant fœtus, quæ calamo
Pariebat.
Ita eius ingenium cum religione,
Et pietate coniugio tenebatur.
32. Bonauenturæ vt socius, sic æmulator
In studijs: Christi pedes ex æquo sibi
Pluteum fecerant;
Hac tamen lege, vt vicissim dextro,
Et sinistro vteretur vterque.
Vterq; secundis, aduersisq; erudiendus.
Quid illud Elogium taceam Christi
Do-

Domini ſemel,atq; iterum dicentis,
Benè ſcripſiſti de me Thoma?
Silere hic potes calame, vbi Chriſtus
Orator eſt.
Hoc benè ſcribere, eſt ita optimè
Scribere, vt ſcribi nequeat, quia
Dictum eſt Dei.
Commendētur è crucis cathedra,
Quæ ſunt ſcripta ſub cruce.
33. Cæterum vt omnia,quæ ſcripſiſti,
Ea Chriſti voce probata ſunt,
Maximè verò quæ de Auguſtiſſimo
Chriſti corpore.
Delicias fundere calamus didicit
E palato.
Cætera dentur ingenio; opus hoc
Cordi tribuitur.
34. Cordis etiam quæ de Virgine:
Quæ puer ſacra verba comederat,
Soluit ſubindè cum fœnore.
Dignus cui morienti adfuerit;
Vt nutrix exciperet,
Quem aluerat in cunabulis.

Si-

Si quid obſcurum reliquit de Virgine,
Id ſcilicet cauſſæ eſt, quòd ſecum
Meliorem lucem abſtulit, cùm deceſſit.
35. Sciſſe omnia qui iurè diceris,
Quid ſi nihil te ſciſſe probauero,
Cúm te neſcieris?
Albértus ideò magnus, quia te nouit.
Omnium eſt cognitio, in tui cognitione;
Vt nihil vltrà diſcendum ſit, te
Percepto.
Tu verò te ignoraſti.
Maior eras tibi, quám tuo capi poſſes
Ingenio:
Et tamen minor omnibus videbare,
Sed tibi.
Hoc minimum modeſtiæ, ad ſummum
Tuæ magnitudinis cumulum deerat.
36. Altiora culmina ventis habeantur
Obnoxia:
Quo proprior hic fuit aſtris, ab
Auris eo remotior.
Inane nil vnquam paſſus;
Quam enim partem non impleuerat
Sa-

Sapientia?
Nullus erat aeri locus in còrpore,
In quo querebatur virtus
Angustias.
37. Indignum se Parisijs lauro reputat;
Lacrymatur.
Ni acquiesset, lacrymari æternùm
Laureæ potuissent.
Tacere palàm iussus, tacet:
Magistram audire modestiam
Vtilius ducit, quàm loqui.
Vocatus in socium, comes fratri
Venit vt famulus:
Nulli fortasse amicior, atque isti,
Cui se sciret ignotum.
Quæsisses orbem, haud ita facilè
Alterum reperisses, cui ignotus
Esset Aquinas,
Vnus repertus est, ne ille penitus
Careret amicis.
38. Offer Pontifex infulas, at ne
Angustæ tanto sint capiti, tanto
Animo.

Mi-

Minimum putat Thomas, quodcunq;
Se non exuperat, & complectitur
Magnitudine.
Itaq; cúm iam nec capi queat
Ab orbe, propè est vt liberetur
Angustijs. (tur,
39. In quodā sororis oppido cū morare-
Triduo alienus à sensibus animus
Membra destituit.
Sororis ab æde religiosus animus
Abhorrebat, imó & orbe.
Redditus corpori, vt tolleretur,
Magnum ad concilium petebatur in
Gallias, errore pedum, non animi
Cœlum petijt.
Morbo interceptus in via,
Insidias mortis nôscens, coram latrone
Cecinit metu vacuus.
40. Ad forum Apij ægrè deductus,
Inter solitarios Phœnix iste sapientiæ
Funus parans,
In canticis canticorū mortem excepit,
Lacrymandi causas cum corpore
Exuc-

Exuebat.
Ad ſuperos deductus à Paulo:
Tantæ pondus ſapientiæ haud ita
Facilè alius extuliſſet.
Hoſpitem ſuperi cxpectabant,
Domeſticum experti ſunt:
Cœlum ſecum tulerat tantus animus.
41. Noua in Cœlo viſa ſidera cum
Moreretur:
Haud ſatis Cœlum habuerat oculorum,
Tantum funus vt defleret.
Euanuere illo demortuo:
Ferre lucem non potuere animi
Aſcendentis.
Iumentum, quo vtebatur, ad
Aſpectum funeris dicitur occidiſſe.
Ita Domini manibus ſpontè
Victima parentauit.
Magna ſi credis hactenus dicta,
Vel Thomam neſcis, vel deprimis.



AQVINATIS TVMVLVS

Lilia plenis manibus
Affer Viator.
Fient immortalia in hoc
Cinere.
Castissimi Aquinatis est.
Vix tamen è cinere
Memineris hominem.
Imò ex hoc vno colliges
Hominem.
Cætèra fuit Angelus.

Beatus Ambrosius Sansedonius,
Ordin. Prædicatorum.

ELOGIVM. III.

A. Futurum Orbis prodigium
Non sine prodigio nascitur Senis.
Contracto corpore
(Vt incrementum acciperet gloriæ)
Gi-

Gigas magnus prodit virtutis.
Natura dedit informem,
Vt formoſum redderet Gratia.
Ter Ieſu nomen pronunciauit infãtulus,
Vt illuc perueniſſe mox natus agnoſce-
B. Quò moriens Paulus attigerat.(retur,
Quam non amiſerat innocentiam
Requiſiturus in clauſtro,
Prædicatorum amplectitur Ordinem.
Ad ſtudium pergens Pariſios,
Patriam penitus deſolauit.
Ibi
Tanto magiſtro dignus diſcipulus
C. Alberti Magni traditur diſciplinæ.
Eum ſtatim æquauit ingenio,
Meritis vicit.
Sub magno redditus maximus,
Reddidit Ambroſium Orbi;
Niſi quòd ille fuerit chariſſimus Auguſti-
Hic Thomæ. (no,
D. Mel ex apibus habuit meus,
Habuit, vt Mediolanenſis, aculeos:
Sed in Theodoſium ille,

E. Hic in Boemicam Sectam,
Quam radicitùs extirpauit.
F. Non semel visus est Auditoribus
Prædicans ore flammeo;
Quòd tamquam in camino, in eo
Iacula fabricabātur in sontes.
Si vultus animi index,
Ne de cordis incendio ambigas.
Cadebat flamma è Cælo,
Nimirum super sua victima Deus.
Neque cinis visus est, neque fumus;
Quia nil terrestris in eo.
Cor transisset totum in ignem,
Ni lacrymarum rore
Temperatum esset incendium.
Tollebatur plerumque in aera.
Videlicet
Ignis sphæram in propriam versus.
Vt corda gelu durata mollescerent,
Os igneum opponebat.
Sic frequenter Solis ardoribus
In regione aeris frigida
Tenebræ dissipantur, & nubes.

Po-

Potuit credi Cometes;
At fatalis tantùm hæreticis.
Romæ tamen per roſtra excurrens
G. Solem ſe declarauit Eccleſiæ.
Propinaſſet Orbi Ambroſiam,
Niſi lacrymas miſcuiſſet.
Vnus illam totam abſumpſit,
Diuinus ignis;
H. Huius Cibus ſanè Ambroſius.
Columbam auribus prædicātis aſſiſtere
Sæpè plurimi conſpexere:
Quippe
Tam caſti cordis nidulum appetebat.
Ne acquiſitam crederes eloquentiam,
Ea populo referebat,
Quæ ſuggerebat columba.
Igitur vel proferens, vel excipiens,
In vtroque prodigioſus.
I. Inter ferales criminum vndas
Ad hanc Arcam aduolans ales
Serenitatem aſtantibus internunciat,
Nec deerant iris, & olea,
Pietas exhortantis.

Tandem (capax,
Ad ſpiritũ, qui nimius inerat, pectus nõ
K. Vt capacius redderetur, diſrumpitur.
Pectoris vena rumpitur prædicanti,
Cuique vt paterent
Penè viſcera charitatis.
Ritè quos Chriſto pepererat lactaturus,
Mammillam cordis aperuit.
Vt pietas adoleſceret Auditorum;
Abiuit vena in mammam.
Vel
Erupit riuus è pectore, vt columba
Recurreret ad fluenta.
Nacta mors cauſam,
Vt paulò ſuauiùs ageret cũ Ambroſio,
Per venas ſe intromiſit.
Adeo cuncta dulciſſima in Ambroſio;
Vt ab eo adhuc Lacheſis didicerit lenita-
Nec alibi, quám in roſtro (tem.
Debebat animam ponere pro amicis;
Scilicet Spiritus Sancti Athleta
In charitatis theatro.
L. Vocatus eſt auſpicató Ambroſius;
Erit

Erit enim eius memoria immortalis.

SCHOLION.

A. Breuiarium Dominicanum lect. 4. *Non sine insignibus prodigijs natus est. Contracto enim, & contorto corpore editus, sanctorum reliquijs in Diui Dominici templo à nutrice admotus, ad concinnam, decoramque artuum constitutionem restitutus, ter Iesu seruatoris nomen infanti adhuc lingua pronunciauit.*

B. Recisum caput Apostoli assaltu ceruicum præstitit fontem, manauitque lacte pro sanguine, terque pronunciato nomine Iesu feliciter obdormiuit.

C. *Alberto Magno Doctore, & S. Thoma Aquinate condiscipulo, rerum humanarum, diuinarumque scientiã adeo comparauit, vt nullum esset doctrinæ arcanum, quòd ingenij magnitudine non penetraret.* Ibidem lect. 5.

D. *In Ambrosij Mediolanensis infantis ore examen apum consedisse dicitur*. Ex Paulino amanuensi S. Ambrosij, & ex Romano Breu. Item *Theodosium Imperatorem propter cædem Thessalonicæ factam, ingressu Ecclesiæ prohibuit*, Ex Paulino amanuensi S. Ambrosij, & alijs antiq. Patr.

E. *Boemicam sectam in varijs Germaniæ partibus grassantem destruxit*. Ex Breu. Dominic. lect. 6.

F. *Concionantem aliquando in aëra sublatum, flammeos splendores eiaculantem, & sæpè columbam eius auri assistentem, cælestisq; luminis coronam capiti insidentem, non semel multi conspexere*. Ibidem lect. 7.

G. *Romam à summo Pontifice vocatus, Philosophiæ, ac sacræ doctrinæ studia in eadem Vrbe restituit*. Ibidem lect. 5.

H. Ambrosiam fabulæ ferunt esse deorum cibum, nectarque potionem. Ex quo Martialis.

Iup-

Iuppiter ambrosia satur est, & nectare viuit.

I. Habentur Genesis cap. 8.

K. *Dum Quadragesimalibus diebus Senis concionaretur, & in fæneratores ardentissimo zeli æstu percitus, vehementissimè inueheretur, rupta semel, & iterum pectoris vena, sanguis tali impetu, tantaque copia effluxit, vt morti viam patefaceret, quam læto animo Ecclesiasticis Sacramentis munitus aspexit.* Lect. 9.

L. Ambrosia latinè immortalitas dicitur ab à priuatiua, & brotos mortalis. Quare Ambrosius proprium nomen diuinus, siue immortalis dicitur. Vide Calepinum Passeratium.

S. Vincentius Ferrerius Ord. Præd.

ELOGIVM. IV.

Vincentius
Cognomento, & tolerantia ferreus,

In

In reliquis aureus totus.
Eligitur ad locupletãdã Ecclesiã ferreus;
Nam ferro aurum eruitur è fodinis.
Rectè Vincentius, & Ferrerius,
Vt ad victoriam factus
Nomine præsignificaret vincentem,
Cognomine ferrum, quo vinceret.
Vt præseferret vincentem,
Cum ei non superessent, quos vinceret,
Seipsum ferro flagellans,
De seipso victoriam tulit.
Ferreus tamen cum esset,
Eloquentia, sanctitate, prodigijs
Aureum totum reddidit seculum;
Abstinentia supra hominem euolauit.
A. Sub canis specie ostẽditur genitrici,
Nam futurus custos Ecclesiæ.
Oratoriam in eo ne crederes acquisitã;
Illã latratu profitebatur ex vtero.
Matri,
Vt sidus nosceret edituram,
Candore niueo visus est canis:
At ne cælestem arbitraretur omninò,
La-

Latrabat,
Latrabat (quòd venaticus) cõtra feras;
Quòd cæleſtis,
Rutilans, flammas ſiderei referebat.
Latrabat,
B. Non quia cadentes expeteret
E menſa domini micas
(Totã diuinitatẽ in ferculo guſtaturus)
ſed quia præſenſerat furem
C. Inſidiari Eccleſiæ, Antichriſtum.
Latrabat.
D. Vt ſeſe declararet Dominici
Antequam naſceretur, conſortem.
E. Hic alter deerat Canis
Dominicanæ Religionis in Lactea;
(Vt increſcerent æſtus in Orbe)
Vincentius.
Latrabat, ſed latratus Canis in cælo
F. Sidera ſunt, & ardores.
Prædicatorum adſcriptus militiæ
Apoſtolum dedit Hiſpaniæ,
Dominicum cænobitis,
Paulum Eccleſiæ.

G. Ha-

G. Habitu ergo diui Dominici indutus
Eius & moribus ſeduló induit.
Inprimiſque abſtinentia,
Vt ſubtracto pabulo flammæ,
Sua lilia ſemper vireſcerent.
H. In Vincẽtium fruſtra (diabole)
Libidinis flammas niteris reaccendere;
Cũ ferro ſcias cõtendere, nõ cũ homine.
Alia æra
His poteris colliquare, non ferrum.
Orta ex aquis (Venus) mollis es;
Fruſtra in ferreum conaris nuda.
Fortior hic Marte tuo.
Viden'? pudicitiæ Zonam ne ſoluat,
Conſtringitur ferrea Zona.
Quod ſi ignem ſubrogauerit Natus tuus,
Hunc lacrymis Vincens extinguet.
Apage. Perdidiſti. de victoria
Intelligas te confligere cum Vincentio:
Præter ſpinas,
Odit Ferreus roſas tuas.
I. A Chriſto
Auenione mittitur ad Occiduos;

Sic

Sic sidera
Ab Oriente ad propria.
K, Ibi se talem exhibuit, qual ẽ esse decebat,
Quem Deus destinauisset, non homo.
Nullius cupidus rei
Vsurpare sategit hoc sibi,
Cunctorum calamitates.
L. In omnibus
Igneum credidisses,
Nisi laxasset fontes ex oculis,
Lacrymas exprimebat vberrimas,
M. Quibus immiscuisset & sanguinem,
vt restingueret incendia schismatis.
At non erat sanguis in venis.
Quam ob rem petis?
Vel illum profuderat ferro;
Vel diuina suxerat charitas.
N. Delectus arbiter Iudex
Regnũ Aragoniæ adiudicat Ferdinãdo.
O. Quid cum monacho secularia?
Vel monachus non est, vel relinquat.
Sed paupertatis est Apostolicæ.
De Regibus iudicare.

Ho-

Homine maior

P. In hoc vno non Angelus creditus,

Q. Qnòd visus est ægrotasse.

Tandem quum ferro

Et planum iter fecisset sibi ad gloriam,

Et sua ad mausolea lapides effodisset,

R. Laboribus fractus, & senio,

Æquè onustus annis, & meritis

Hominũ ex oculis auolãs,nõ ex animis,

Venetijs ex Britania redditur cælo.

Felix Occidens

Si crebriùs hniusmodi siderum casibus

Emicaret.

SCHOLION.

A. Ex Dominicano Breu.lect. 5. *Mater adhuc eum vtero gestans sæpius audiuit tamquam latratus canis in ventre sonantes.*

B. Matt. 15. *Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum.*

C.Per

C. *Per diuersas mundi partes verbũ Dei, ac imminentem in primis extremi iudicij diem prædicabat.* Dominic. Breu.

D. Sanctissimus Patriarcha Dominicus fuit etiam forma præuisus catuli.

E. Sunt duo canes in cælo, maior, & minor. minor, qui & canicula dicitur, integrum diem in ortu, & occasu Canem præcedit. Antecanis, & Sirius dicitur. Poeta:

Antecanẽ Procyon Graio qui nomine fertur.

Hoc sidus in cæli centro, cum sole cõiunctum æstum eius duplicat. hinc Lucanus lib. 10.

. . . . *rapidus quà Sirius ignes.*

Statius lib. 1.

. . . . *nec calido latrauit Sirius astro.*

De his lege Aratum in Phænomenis, Higinum, & Ouidium lib. 4. in fine Fastorum cum commentarijs Anton. Paul. & Ciofani Sulmonẽsis. De eius ardore habes multa apud Manil. lib. 1. Virgilium lib. 3. Æneid. Plin. lib. 2. c. 40.

Vter-

Vterque hic Canis est apud Taurum, & lacteam: sicut quoque in lactea Dominicanæ Religionis Dominicus sunt, & Vincentius.

F. Canis, sidus leporem fugientem insequitur. Habet in lingua stellam vnã splendidam, ac primæ magnitudinis. Vide Higinum, Piccolom. in Sphæra, & alios.

G. *Ante omnia S. Patris sui Dominici præclara gesta attentissimè sibi legenda proposuit, vt illum imitaretur &c.* Breuiar. Dominic.

H. Mulier quædam pulcherrima in eũ ardens libidine, simulansque se infirmam, nuda decumbit in lecto, ac tẽtat sanctum virum de pudicitia, qui cum abnueret, ei inusta est à muliere nota infamiæ.

I. *Autentoni cum in grauissimum, ac plenè desperatum morbum incidisset, affuit illi Christus fulgentissima, & festiuissima specie, cinctus agminibus Angelorum, ac San-*

Sanctis Patriarchis Dominico & Francisco comitatus, qui leuiter tacta Vincentij maxilla, eum surgere è lecto præcepit, & suauissimis verbis solatus est: atque etiam iussit, vt per diuersas Mundi regiones verbum Dei omni studio prædicaret. Breu. Dominic.

K. Omnia sunt dictu mirabilia de Vincentio. *Quadraginta annos, præter dominicos dies, integros fermè ieiunauit. Iter ferè semper pedes agebat, nisi quòd extrema senectute saucio crure, coactus sit humili iumento vehi. Numquam lecto, sed super sarmenta, aut palearum stramina humi cubabat. Supra centum millia perditorum hominum ad meliorē frugem traduxit plusquā viginti quinque millia Iudæorum conuertit ad Christum, & supra octomillia Saracenorum. Nactus quoque illud mirabile Spiritus Sancti donum, vt vernacula suæ gentis lingua apud diuersissimas nationes prædicans, ab omnibus clarissimè intel-*

ligeretur. Ibidem.

L. *In Sacrosancti incruenti sacrificij celebratione ingentem lacrymarum vim fundebat.* Ibidem.

M. *Pro tollendo diro schismate quo tunc Ecclesia discindebatur, magnos labores pertulit* Ex eodem,

N. *Delectus cum alijs Iudex arbiter apud Caspense Oppidum, Regnum Aragoniæ Ferdinando Infanti Castellæ adiudicauit.* Ibidem.

O. Est Doctrina omnium Theologorum cum Magistro sententiarum in 4. dist.47.hinc Iob. *Non saluat impios & pauperibus iudicium tribuit.* Consule D.Thomam ibidem q. 1.art. 2. ad 2.quæst. docentem paupertati deberi iudiciariã potestatem specialiter propter tria, ratione congruitatis; ratione meriti humilitatis, & ratione dispositionis ad iudicandum.

P. Vincentius Angelus Apocalypsis est dictus. Ita fassus est mortuus ille,

qui

qui deferebatur ad sepulchrum. Ob id Ecclesia Dominicana in hymno:

Angelus alter penitus fuisti,
Ille, qui Cæli medium volabat.

Q. Lege litera I. K.

R. Peragratis multis regionibus, multis in propagatione Euangelij exantlatis laboribus, Venetiæ in Brittania minori in Domino obdormiuit. Est Brittania in Gallia Lugdunensi ad Oceanum. Gallia triplex est, Togata. Comata, & Braccata. Comata rursus diuiditur in tres partes, Belgicam, Celticam, & Aquitanicam. Celtica, quæ & Lugdunensis, á Garumna fluuio ad Sequanam itidem fluuium terminatur. Vide Appianũ, Pomponium Mela lib. 3. & Ptolom. In Celto Gallia Lugdunensi sunt Venetiæ, quæ dicuntur Vennes. Ptolomæus Geog. lib. 2. c. 8. *Occidentale autem littorale latus sub Osisinijs tenent Veneti*. Hæc ille.

Aliud ex

P. MASCVLO.

Totus ad victoriam factus,totus ad pugnam,
Habuisti & Vincentis auspiciũ,& ferrum, quo
Ferreus dici maluisti,quã aureus. (vinceres:
Dimicasti ferro,quo te Sponte vexabas,
Sed aureas retulisti victor exuuias, (uatum.
Mirũ narrã ,grauidæ matris vterũ à te nò gra-
Licet tantũ postea in sermone habueris põdus,
Licet totum te oneraueris ferro,
Tamen effugisti Cupidinem,leuior alato:
Hostem ipsum tuæ victoriæ fecisti præconem,
Cũ inter flãmas fuisse te dixit æstus immunem.
Ita quẽ illaudabilẽ facere nequiuerat,laudauit.
Stultitiæ fuit, conari extorquere victoriam à
(Vincentio.
Nec tamen hostis,vel victus desiitit vafer esse;
Simulauit se promissa barba,& canitie senem,
Imaginem præsetulit antiquitatis Ægyptiæ;
Nisi quod fictam maciem non tenuitas victus;
Sed liuor effecerat victi:
At eò repulisti,vnde se venisse fingebat,
In lustra ferarũ,imò in claustra potius inferorũ:
Non illum,veterem patrem

Sed

Sed veteratorium declarasti hostem.
Ausus est iterum nigro Æthiopis vultu
Tuo insidiari candori:
At veritus,ne tibi in mancipium cederet,fugit.

B. Agnes de Monte Politiano
Ord. Prædic.

ELOGIVM V.

Agnes
Agnum supra montem comitatura
In monte datur è Cælo.
Rectè in monte,
Vel ad ardua quæque facta,
B. Vel expugnatura cominus cælum,
Sic virtutis sublimitatem,& gloriæ
In Agnete auspicare á monte,
Quæ ne aliquem possit latere,
Cũctis ex mõte cõspicienda proponitur,
C. Aluum egrediente maternam,
In eo conclaui diuinitùs

Accenduntur cereæ faces;
Quandoquidem
D. Sanctissimus Patriarcha Dominicus
Suam Agneti,
E. Tãquã in Lampadiphorijs, facẽ tradit.
Ita stellarum modo
Cum luce prodit in lucem.
Sic fuit, antequam ederetur in lucem,
Lucifera.
Vel hæ tedæ sunt,
Vt vix natam Christus despondeat.
Ita planè; cum superbiæ careant fumo.
F. Religioni coæua Religionem
Dominicanam ingreditur nouennalis.
Pueritiam in Agnete ne quærito;
Acta nil nisi senile obijciunt:
Hoc habuit illius ætatis,
Innocentiam.
Numquam, & nusquam clariùs luxit,
Quám cum se abscondit in claustro.
G. Puellula inter precandum
Tollebatur sæpe in aera,
Vel animi naturam igneam corpus
Con-

Contraxerat;
Dilecta
Vel ibat, vel ducebatur ad sponsum;
Nisi quod terrena quæque contemnẽs
Cælo propior accedebat.
In aera;
Numquam tamen, quàm cum in aere
Ab auris erat remotior.
Nullius cupida honoris, omniũ capax
H. Quinto decimo nondum egressa
A Summo Pontifice inuita
Præficitur Monialibus.
Ne quæras annos in Virgine.
Quæ studet æternitati,
Differt longè à nostra
Arithmetica Sanctitatis.
Priorissa
Vt sorores ditaret exẽplo, respuit aurũ.
Id auri tantum sibi retinuit, mores.
Palloremque inter cætera,
Quem sanctus timor induxerat.
I. Orantem Deus floribus donat;
Nam ille Pastor, hæc Agnes.

Flores oranti erumpunt;
At ne Veneris credidiſſes;
Carent aculeis.
Hoc vno conſtant aculeo,
Deſiderio producendi fructus virtutum.
K. Et quia non Veneris,
Rorem Cælum,
Non miſcebat fabula ſanguinem.
Id præſeferebant cruenti,
Crucis effigiem.
Tantæ ſignum dilectionis,
Niſi ſponſa,
Haud ita facilè alia recepiſſet.
His armatur Virgo de cælo;
Arma Virginis Cruces ſunt.
Igitur in orationis armario
L. Orans è Cælo ſuſcipit panopliam,
Cælo vt pugnet.
M. Paruulum Ieſum forma lactentis
Virgineo excipit ſinu;
libenter enim
N. Hic paſcitur inter lilia.
Recens enatum Verbum Agneti
Lu-

Ludit in vlnis;
Diligit namque ſimiles matri;
O. Vt hoſpiti, Deo ſuo infantulo
Libat Oſcula,
In reliquis domeſticum experitur.
Innocenti
Filo nexam è collo rapuit crucem.
Pium, & commendabile furtum,
Vt quæ pupulum non iocalibus,
Sed cruce, furis ſupplicio releuarit.
Hanc,in qua glorietur, rapiat Virgo,
Et faciet iure;
Si delitias, deprædabitur.
P. Quæ cum Angelis verſabatur,
Ab Angelo Euchariſtica paſcitur dape.
Q. Habeat nutricium coruum Elias.
Eſt ſeruus,& panis eſt vſitatus;
A cōmeatibus Agnes Angelū ſortiatur;
Eſt ſponſa,& Angelorum panis eſt eſca.
Cuius animus totus in Cælo,
Terram Chriſti ſanguine cruentatam
Accepit diuinitùs.
E xinde cæpit Agneti
Irri-

Irrigata hæc lacrymis germinare
(Vt lilium inter ſpinas)
Memoriam Crucifixi.
Quo tota vita ægrotauerat,
Charitatis æſtu deceſſit.
Sol cũ ex Ariete egrederetur ad Taurũ,
Egreſſa eſt Agnes á luce.
Exuta mortalitate,
Phryxeo clariori
In cælis induta eſt aureo vellere.
Vere;
Ver ſentijt nouum in tumulo:
Mortali enim ſub cinere (ſerat)
(Quód in vita æſtu libidinis nũquã exar-
Immortales retinuit flores.
Hinc ad titulum ſanctitatis
Seraphicæ Catharinæ dudum emortua
Alterum pedem extulit oſculandum.
Extulit iure poſt mortem; in vita
Serpens quem non proſtrauerat.
Redeunte iterum Catharina ad tumulũ
Adeo gauiſum eſt Cælum,
Vt præ gaudio pluerit manna.
Hæ-

Hæſit Natura prodigio;
Hæſit, quòd inſtar niuis, Iudæus. (tur;
Sed quid mirũ? Deſertis mãna concedi-
Sunt theſauri MONTIVM niues.

SCHOLION.

A. Apocal. 14. *Ecce Agnus ſtabat ſupra Montem &c.*

B. Ad Titanes alludit, qui bellum cõtra Saturnum mouentes; per impoſitos montium gradus ad Cælos tentarunt aſcenſum.

C. Ex Breu. Dominicano lect. 2. *Qua hora ex aluo materna prodijt, cereæ faces apparuerunt in eo conclaui accenſæ diuinitùs.*

D. De Sanctiſſimo Patriarcha Dominico dicitur præuiſum fuiſſe ſub ſpecie catuli ore præferentis facem, quâ editus in lucem, orbem terrarum incenderet.

E. Con-

E. Consuetudo erat Lampadophororum in certamine Lampadodromico, si lampadem ad metam inextinctam non pertulissent, eam alteri tradere.

F. Habetur in Breuiar. Domin. lect. 2.

G. Ibidem: *Non maior annis quatuordecim sapè inter precandum nullis adminiculis nixa cubito à terra tollebatur.*

H. *Annum quintum decimum necdum egressa, Summi Pontificis iussu, monasterio sacrarum Virginum vel inuita præficitur.* Vbi supra.

I. *Sapè obseruatum est eius pallium, cum ab oratione surgeret, rore quodam candido respersum cuius guttæ singulæ Crucis effigiem referebant. Interdum locus, vbi genua ad precandum fixisset, subitò enatis floribus, violisque pulcherrimis ornabatur.* Ibidem.

K. Rosa flos è spina nascēs Veneri sacra. Prius cādida fuit, cruore Veneris infecta purpureum traxit colorem. Ex Aphthonij fabella.

L. Pa-

L. Panoplia græcè, latinè omnis armatura: hoc est, quicquid ad armandum militem est necessarium. Vide Calepinum Passar.

M. *A Sacra Deipara Iesum forma lactẽtis infantis accepit, eumque aliquandiu sinu complexa, paruulam crucem tenui filo nexam ab eiusdẽ collo recedentis pio furto detractam meruit retinere. Quin etiam terram Christi sanguine in passione fuso cruentatam diuinitùs accepit.* Lect. 3.

N. Cant. cap. 2. *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia.*

O. Hospitibus dabantur oscula. Luc. 7. 45. Genes. 31. Ruth. 1. ac 1. Reg. 20. & alibi pluries.

P. *Sæpe eidem Angelus Eucharistiam sua manu porrexit.* Breu. Domin. lect. 3.

Q. Habetur 3. Reg. 17. v. 6. *Corui quoq; deferebant ei panem, & carnes mane; similiter panem, & carnes vesperi.*

R. *Cum Sancta Catharina Senensis eius*

Cor-

Corpus integrum, atque incorruptum in sepulchro seruatum inuiseret, ac eius pedes deosculari vellet, Agnes alterum pedem extulit ad os vsque Catharinę; quę cum alio etiam tempore reuersa, se ad caput Agnetis demisisset, manna instar niuis toto illo loco pluere cæpit. Breu. Domin. lect. 3.

S. Petrus Martyr Ord. Præd.

E L O G I V M. VI.

Vt in omnibus Africæ anteferretur Eu-(ropa,
Hæc mirabiliús protulit mõstrum suum.
A. Etenim ex nefaria Manichæorũ cali-(gine
Vrbe Verona
Clarissimum Veritatis lumen erupit.
Imò Sol alter;
Nisi quòd reparaturus muros Ecclesiæ
Auspicatò dictus est Petrus.
Sol planè alter, & Petra:
Nam

Nam Solem
C. Fecit quoque lapideũ Anaxagoras.
Ita quippe.
Vt Sol, claritudinem habet doctrinæ;
Vt Petra, firmitudinem habet in fide.
Ex parentibus igitur Manichæis
Pientissimus nascitur Martyr.
D. Sic Sol è Scorpione exit ad Sagittariũ.
Parentum gloria obscurus,
E. Præter fidei
Omnem obscuritatem traxit ex lacte:
Suapte illustris,
Præter patriæ,
Nactus est claritatem omnem è cælo.
F. Septem natus annos,
Quid didicisset, interrogatus à Patruo,
Respondit: Ex Symbolo
Vnum omnium Creatorem, Deum,
G. Vnum; quòd non alius infinitus.
H. Ab vnitate recedens Manes Ecclesiæ
Binos posuit Creatores.
Et pessimus cum esset,
Malum posuit, Cacodæmonem.
Pa-

Patruus igitur cum Manete
Binos astruens, binis obstitit argumẽtis;
Minis, & blandimentis:
His armis pugnat Diabolus.
Vicit Puer;
Nec fuit supra ætatem;
I. Quia supra hominem fides.
Quinimò non rarò hæc ætas
K. Diuiniora profert in hostes.
Neque Sol, quum prope ortum,
L. Ab ecliptica sua deflectit.
Maiorem se puero fecit,
Ne cum sene
Minorem faceret Triadem in creando.
Non potuit rectitudinem non tenere
Sol noster,
Cuius viæ in Cælo
M. Libra sunt, & Astrea.
Maluit suis esse inuisus,
Quàm visibilia adimere Creatori.
Vt Manetis, idest insani
Insaniam sapientissimè impugnaret,
Ad sapientiæ

Cu-

Cucurrit armamenta, Bononiam:
N. Hæc DOCENS, in hæreticos præstat
E panoplia literaria
O. Noricos enses, & ægida.
Bononiæ
P. Sapientiam quæritanti, cum illa
Omnia bona pariter euenere.
vt in falsum dimicaret, & malum,
Q. Felsinæ, vel Bononiæ
Anno 1221. ætatis verò XV.
Sub Dominico ascriptus est miles;
Sub Dominico,
Vt mutuatus ab eo
Canem, sidus, & facem,
Ab Ecclesia lupos arceret:
Factus Dominicanus
Ex cane nactus est fidem,
Ardorem ex face,
Ex sidere claritatem.
Sideri hoc excelluit,
R. Quód rutilans aliena luce,
Dominici,
Puer micare cæpit & sua.

 At

At caue puerum dicas, quem ſenem
Iam comperimus in ſeptennio.
Sol eſt, lucidiſſimus adhuc in Ortu.
Non puerilem dicamus ætatem,
Sed primam:
Vt nulla ſit ætatis diſtinctio,
Vbi conſpicitur ſemper
Vna ratio fortitudinis.
Vel dicamus puerum ſemper,
In quo, ſenio innocentia non oblæditur.
Habitu ergo dominicano indutus,
S. Eius primis induit rudimentis,
Odio ſanguinis.
Fallor: non ex habitu,
Sed induit odium ſanguinis è baptiſmate;
Dum vix natus reſtitit patruo.
Nemo in cognatis maius habuit
Dignum odio;
Quos ſequi, Chriſtum eſſet relinquere.
At quo pacto natus ad fidem
Parentes hæreticos poterat non horrere?
Horruit quidem;
Sed hoc vnum in parentibus adamabat,
Re-

Resipiscentiam.
Induit quoque
T. Non ex fabula Pytagorica;
V. Sed ex Elisæo, & Paulo
Duplicem in pallio spiritum;
Videlicet, Præcepta in Christo,
Consilia in Dominico.
Vel triplicem est nactus in pallio,
Cupiditatem martirij,
Aureolam doctoratus,
Virginitatis candorem.
Positus hoc sub sidereo cane Sol noster;
Æstus duplicare cæpit in orbe.
Sic in primordijs tyro
Fit miraculum veteranis.
Miraculum,
Quòd ferret è seculo pueri
Quæ ipsi, licet sanctissimi,
In claustris
Oratione, vigilijs, fletu
Nec senescentes erant adepti.
Et creuit cum admiratione prodigium,
Petrum cum cernerent

E paterna domo hæc ferre,
Quorum illa vacua erat.
Nil domus tulit domo, quàm incōmoda.
Religiosus
Dudum moribus, qui nunc habitu,
Delicias interpretatus est crimen,
Lucrum ærumnas.
Vt ardentius Deum cōplecteretur amore,
X. In corpus decreuit odia vniuersa.
Adaugendi animi causa
Adeo sibi minuit alimenta,
Vt suspicionem ingereret,
An homo præter carnem,
An in carne viueret Angelus.
Et benè sibi minuebat de alimento,
Y. Qui venerat, vt moreretur, ad Crucem;
Hoc est nomen Religioni.
Sic ieiunijs exuerat carnem,
Venus vt extra carnem viuentem
Verita sit carnis prælio adoriri.
Et verita, perpetuò eum, ne vinceretur,
Exhorruit.
Silentio præceptore,
Elo-

Eloquentia eruditur, & literis.
Iam sibi defunctus, non Proximo;
E cella, velut è tumulo, (tam,
Vt voluptati sepultos excitaret Deo ad vi-
Z. Mysticus Elisæus prodit ad Vrbes:
Applicat os ad os,
(Melius dixissem) ad aures:
Insufflat; (ta,
Et fidē, quæ ad mortē corruerat nō adul-
E cænaculo falsitatis trahit ad vitam.
Orator erat, & maximus
Lingua: sed eloquentior manu.
Quare omnia
Suadere facillimè poterat á persona.
Tantum non erat Orator, quia carebat
Memoria,
Carnis, & mundi:
At quomodo meminisset,
Si hæc penitus nec aspexerat?
Tunc memoriam retinuit carnis,
Quādo meditabatur se hominē moriturū.
Recordatus est tantum mundi,
Vt sperneret,

Confluunt ad hominē homines agmina-
Admirantur
In exangui,& mæſta facie cineres,
Ignem in verbis,& ore,
Abundantiſſimas lacrymas in luminibus,
1. in lacrymis ignem,
Totum reliquum, vt Angelicum.
2. Prædicantem ſub dio pluuia reueretur.
Omnia Petro ſerena.
Illacrymare ſuper illum puduit aerem,
Cui in Cælis
Dignum lacrymis erat nihil.
Cohibuit in aere imbrem:
At nō potuit,ne flerent, oculos cohibere.
Nec quia clarus in lumine,
Non æquè clarus in nubilo.
Mediolani
3. De fide diſputans ſub meridie,
Solem,cuius æſtu
Incaluerant auditores, obnupſit.
Numquam enim,& nuſquam
4. Fides abſque vmbraculo.
Ex hac nube,vt fulmina,

Tra-

Traxit in hæreticos argumenta,
Gratiarum rorem pro ſuis,
Pro omnibus refrigerium.
Et ritè de vapore precum, & fletus
Nubem attraxit;
Vt reſoluta in pluuiam lacrymarum,
5. Ferretur ſuper aquas Spiritus Domini;
Quo fouente
Ederetur fides in lucem.
6. Vt te cōcionātē, & populū terrefaceret,
Formam equi nigerrimi
Florentiæ dæmon aſſumpſit;
Sed illum
Cruce cohibuiſti, non fræno:
Hac reſti mors obligatur.
Ita pro equo deſeruiens hoſtis
Tuæ famā per orbem detulit ſanctitatis.
Confitente victoriam dæmone,
Dubitaſti, ne vincereris tunc Victor:
At ne faceret, te ſuperbiſſimus extollēdo,
Larualem egiſti vmbram in nihil.
Diſparuit extemplo nigerrimus;
Nō enim potuit corā cādore nigredinem

 (Nec

(Nec ad momentum) diabolus ſuſtinere.
Ita Florentiæ, vt efflorelceret fides,
Exiccaſti nequitiam Tartari.
7. Verbo, & ſigno crucis,
Per quod Verbum ſoluit delicta,
Viſibilia neganti facta in Verbo
Linguam ligauit.
8. Tam facilè claudit,& aperit,
Qui clauem habet Dauid.
Hæreſi apparaturus antidotum
Scitè ſapientiſſimus Mitridates
Silentium propinauit.
Pabulum ſi ſubduxeris flammæ,
Ceſſat incendium.
Pythagoræ Chriſtiano,
Diſcipulos vt faceret Chriſto,
Hoc primum erat ſeruandum,
Amandare loquacitatem.
Os occluſit,non aures,
Vt tacens audiret, & promptius
Erudiretur ad fidem.
Ex turba
Linguam ligauit vnius,

Vt

Vt vno dumtaxat ligamine
Cæteros obloquentiũ ſolueret ab errore.
Obſequio ſiluit hæreſis, vel ſtupore;
Tãta eſt vel in malis reuerẽtia ſanctitatis.
Quid tenebras falſitatis vltra offunderet,
Quas clariſſimus Veronenſis
Non diſſolueret luce ſua?
Præſente ſole, latere
Mendacia nequiuiſſent:
Rigidiſſimus ſilentij cuſtos
9. Pro nouo miraculo nouã aperit ſcenã:
Linguam reſtituit muto.
Vel auferat ergo, vel donat,
Actor vnus
Æquè ſemper prodigioſus.
Facta elingui copia verbi,
Facinus, ſuadet, vt ſupprimat;
At fruſtra:
Neſcit tacere ſpiritus gratitudinis.
Exaturatum noua facundia os
Nequibat gratias non eructare ad laudẽ.
Acharis lingua, vel Eucharis
Nullis vinculis detinetur.
10. Cum

10. Cum duabus è cælo Cæcilia
Ad cellam Comi oranti
Confabulatum deſcendit;
Nempe ad conuallium lilium Virgines:
Lilia, vt oleant eminus,
Nutrienda ſunt inter ſpinas.
11. Apud Priorem à fratre
Falsò inſimulatur de crimine,
Quòd cum fœminis duceret contuberniū.
Suſpicione caſtiſſimum abſoluiſſent
Perexiguo, quod edebat,
Et laboribus fractæ vires.
Nihilominus
Diuina Prouidentia ſæpe malum,
Vt bonus exerceatur, ſubcreditur.
Igne probatur aurum;
Et per ea, quibus petitur acrius,
Virtus amplius illuſtratur.
Alter Ioſeph exulat Æſium: (lio,
12. Benè religioſus, vel monachus in exi-
Qui religens relegatus
Solitudinem portat in nomine.
Sunt vbique Religioſo,

Quem à religando deriuant,
Exilium,carcer,& patria. (cifixus:
13. Quæritur de infamia. Intercipit Cru-
Et ego (Petre) quid feci ?
Ac ſi diceret : Petre ;
Me comite, quid turbaris ?
Habuiſti de cælo in cellam
Probatiſſima teſtimonia.
Non in ore tantum duarum, ſed trium
Agnetis, Cæciliæ, Catharinæ
Omne verbum ſtabit pro te.
Quid (Genus electum) turbaris ?
14. Vita poſterior indicat de priore.
Sanctiſſimus
Surdis reddes auditum,
Mutis loquelam,
Incauto,mentem,& tibiã,quem pænituit,
Viſum cæcis,
Mortuos reuocabis ad vitam,
Ac pro fide ſanguinem fundes.
Petra es,& columna,
Qua,ne corruat, fides fulcitur,
Et ſub leuiſſimo facies rimas ?
Pi-

Piſcis,vt gignitur in amaro,
Sic in amaro viuat oportet.
Petre,
Hoc vnum eſt tibi crimen,
Quód vel precum vitta coccinea,
Vel illicio caſtitatis,
Vel vinculis tuæ charitatis furatus
Traxiſti cælum ad cellam.
Cælum diceres cellam illam,
In qua
Cum triplicitate martyrij
Virginitatis affuit ſatellitium.
Nec ſol aberat,
Petrus.
Sub nubibus tamen,dum ſub infamia.
Quæ demum depulſa,omnia ſerenauit.
Feliciſſima impoſtura
Quæ Iudicem habet patronum,
Crucifixum!
15. Rogauit Chriſtus pro Petro,
Ne eius deficeret fides.
16. Pro hoc rogauit at Mater;
Et adeo eſt firmatus in fide,
Vt

Vt quam ore profitebatur in vita,
Est vulnere professus in morte.
17. Intincto enim in cordis vulnere digito
Fidei Symbolum exarauit.
Tunc apertissimè intelleximus
18. Corde ad iustitiam credi;
Oris confessionem fieri ad salutem.
A Sicario interceptus in via
19. Vacuus cunctis, quæ sunt in mundo,
Coram latrone non potuit non cantare
Credo in Deum.
20. Olor pariter moriturus
Præcurrit obitum cantu.
Nisi quòd ille
Vdis abiectus in herbis
Ad vada canat Mæandri, & albus:
Hic rubefactus sanguinis ad fluenta.
Mane Mediolanum versus instituit iter,
Errore pedum, non cordis
Vespere peruenit in cælum;
Et dum pergebat fidem protectum,
Ingressus est visionem.
Impij Sicarij gladio cecidit:
Non

Non aliter mori debuit Pius,
Quàm armis impietatis.
Cecidit medio Vere;
Tunc lilia colliguntur.
21. Regnante occubuit Tauro,
In vita qui è diametro
Semper fuit oppositus Scorpioni,
Maneti.
Solis detrimentum est in Aquario,
Casus in Libra:
Sol noster hæc habet in Tauro.
Nisi quòd in eodem cadens assequitur
(Ac si Arietem premeret, & Leonem)
Exaltationem, & domum.
Aprilis alijs florum,
Dominicanæ Religioni
Etiam vindemiarum est mensis,
22. In quo Veronæ botrus, non Cypri
23. In vineis Engaddi, Ecclesię recolligi-
Extra Mediolanum est passus, (tur.
In vita sua
Qui in amando Deum non tenuit mediũ.
In camporum apertis
Ma-

Magnum deposuit animum; quòd esset
Incapax alio tecto, quam cæli.
Interfectorem sui Carinum
Sanguinis vel attactu, vel vmbra
Reddidit Deo charum.
Nil mirum; Petrus est,
Qui obumbrando curabat.
In opere potens, & verbo
Lætus discedens è luce
Sicario, qui ægrotabat ex fide;
Vale dixit in Deo; & valuit.
Vmbrâ sui pinxit imaginem,
Monachum Sancti Dominici;
Et si non martyrem, Sanctum,
Hæc est vindicta Sanctorum,
De Zizanijs legere triticum,
De lupis agnos, & oues.
Irrigata tellus pluuia sanguinis
Statim protulit fructum suum,
Carinum,
Et licet non Gorgonio madefacta;
Nihilominus peperit monstrum.
De impio scilicet, & hæretico
Pien-

Pientissimum, & catholicum.
Sic in vultus sui sudore
E nostræ Religionis pomario
Vesci subito cæpimus pane suo.
Calame, dum eloquitur
Sanguis melius, quàm Abelis,
Tace, hucvsque licuit, siste.

SCHOLION

A. Natus est noster martyr anno 1206. Ita Malueda. Ex Breuiario Dominicano: *Petrus Verona parentibus Manichaorum hæresi infectis natus, ab ipsa penè infantia contra hæreses pugnauit.* Duo esse rerum principia posuit Manes, alterum bonum, nempè Deum creatorem animarum, omniumque spiritualium; alterum malum, diabolum scilicet, visibilium, & corporalium creatorem. Cæsarius lib. 5. cap. 21.

Vide

Vide Commentaria nostra in Genesim cap. 1. ver. 1.

Hanc hæresim totam Insubriam, quæ hodie Mediolanensis Ducatus vocatur, & Galliæ Cisalpinæ maiorem partem maculauisse sub Innocẽtio III. vel sub Alexandro III. tradunt Nicolaus Eymericus Cantipratanus lib. 1. de Apibus c. 5. §. 2. Bernardinus Corius in histor. Mediolanensi part. 2. anno Domini 1232. & 1252. Cæsarius lib. 5. cap. 24. F. Raynerius Sachonus Ord. Prædic. Guido Carmelita in Summa hæresum, Maluenda, & alij.

C. D. Thomas 1. p. q. 70. art. 3. inquit: *Anaxagoras (vt Augustinus refert lib. 8. de Ciuit. Dei) factus est reus apud Athenienses, quia dixit, Solem esse lapidem ardentem, negans vtique ipsum esse Deum, vel aliquid animatum.*

D. Scorpio octauum est signum Zodiaci, à quo exiens Sol, in nonum signum ingreditur, videlicet Sagittarium.

E. Ad Hebræos 11. *Fides est argumentum non apparentium.*

F. B.Humbertus lib. 5. de fratrum vitis c. 2 *Cùm autem in ætate, quasi octo annorum à scholis reuerteretur domum, interrogatus à patruo quid legisset: respondit: Credo in Deum patrem omnipotentem, creatorem cæli, & terræ. Super quo redarguens eum, patruus ait: Noli dicere creatorem cæli & terræ; cum ipse Deus non sit Creator visibilium, sed diabolus. Ipse verò licet puer, cæpit affirmare, se velle potius sic dicere, sicut legerat, & ita credere, sicut scriptum habebat. Tunc nisus est ei probare per auctoritates more hæreticorum quòd diabolus ista creauerat, & quasi cum minis persuadere, quòd ita deberet credere, & tenere. Sed mirum valde, quòd ita omnes auctoritates illas contra eum conuertit, quòd in nullo potuit ei resistere: propter quod manifestè dabatur intelligi qualis futurus erat pro defendenda fidei veritate. Quòd patruus indignè ferens, accessit ad patrem, &*

sua-

suasit illi quòd Petrinum à litteris omninò amoueret; referens totum quod inter eos gestum erat, qualiter ab eo fuerat conuictus. Hactenus Humbertus, cui astipulatur Lentinus Dominicanus Patriarcha Ierosolymitanus, S. Antoninus, Garzo, Flaminius, Castillus p.p. lib. 2.c.29.

G. Celebris est doctrina, actionem esse solius Dei creare. D. Thomas 1. p. q. 45. art. 5. *Quem actum neque potest creatura Deus communicare, vt creet per ministerium.*

H. Nota est Manetis historia. Hic infamis hæresiarca, qui fuit Persa, sub Valeriano, & Gallieno, anno 257. vel sub Aureliano anno 271. aut sub Tacito anno 279. vel Probo Imperatore (hac de re variant Patres: lege nostrã Chronologiam) ex ouo horrendam hæresim protrusit in mundum. De hac re tractarunt affatim S. Cyrillus Ierosolymitanus cathechesi 6. Sanctus Philastrius libello de hæresibus, Theodoretus lib. 1

hæreticarum fabularum, S. Epiphanius lib. de hæresibus c. 46. S. Damascenus lib. de hæresibus, Socrates lib. 1. histor. Eccles. c. 17. Nicephorus lib. 6. c. 31. 32. Suidas verb. Manes, Baronius tom. 1. Annalium anno Christi 277. Petrus Siculus, & ex nostris Maluenda in Annal. Prædicatorum anno 1221. Castillus Chron. part. 1. lib. 2. c. 29. & alij.

I. Fides non solum humanam, sed etiam Angelicam excedit intelligentiam.

K. Psalm. 8. *Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos: vt destruas inimicum, & vltorem.*

L. Ex Ioanne de Sacro Bosco lib. de sphæra c. 1. *Linea autem diuidens Zodiacum in circuitu, ita quòd ex vna parte sui relinquat sex gradus, & ex alia parte alios sex, dicitur linea ecliptica; quoniam quãdo Sol, & Luna sunt linealiter sub illa, contingit eclipsis Solis, aut Lunæ: Solis, &c. Sol quidem semper decurrit sub Ecliptica; omnes verò alij Planetæ declinant vel versus Septen-*

ptentrionem, vel versus Austrum. Quandoque autem sunt sub Ecliptico.

M. Ad aspectum Bootæ Virgo Erigone inter Leonem, & Libram in Zodiaco locum tenet. Hanc Hesiodus Iouis, & Themidis filiam fecit; iustamque appellatã fuisse, quòd æquitatem coluerit inter homines, affirmauit. Astipulatur ei Nigidius, qui hæc de Virgine refert: *Virginem iustitiam dici, vel æquitatem, quæ ab hominibus recedens ad immortales transiuit. Aderat enim hæc inter mortales omnibus locis, concilijs assistebat eorum ac illis præcipiebat, ne temerè à iustitia, & æquitate discederent. Hi quandiu monitis eius obtemperarunt, terram aurea illa ætate incoluit: At postea tractu temporis, cum negligentius homines æquitatem obseruantes declinarent à rectitudine, insidijsque, cupiditate, ac auaritia alter deciperet alterum auolans à mortalibus, in illam Zodiaci partem, quæ est prope Leonem, secessit.*

N. Inscriptio est in nummo Bononiensi: *Bononia docet*. Ibique Petrus nauauit operam litteris. Castillus p.p. lib. 2. cap. 29. & alij.

O. Noricus ensis à Noricis appellatus. Norici incolæ sunt alpium, vt scribit Plinius lib. 3. Idem quoque lib. 34. cap. 18. scribit in Noricis esse ferri venam laudabilis. Vide Horatium lib. 1. Carm. od. 16. & Epodon. od. 17.

Ægida, idest munimen pectoris. Lege Horat. lib. 1. Carminum od. 15.

——————— *iam galeam Pallas, & ægida.*

P. Sap. c. 7. v. 6. *Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa.*

Q. Nomen in Prædicatorum Religionem dediste Bononiæ nostrum martyrem præclarissimum, & à S. Dominico habitum suscepisse, Hubertus Garzo, Flaminius, Castillus, Maluenda, & alij produnt. Verba Flaminij in vita S. Dominici lib. 2. *Admissus est in eadem Synodo in ordinem Prædicatorum Beatus quoque*

Pe-

Petrus martyr, qui tunc Bononiæ litteris operam dabat, adolescens natus annos circiter quindecim,

R. Sidera non proprio lumine, sed luce, quam mutuantur à Sole, splendere diximus pag. 18.

S. Lucæ 14. v. 26. *Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem, & animam suam, non potest meus esse discipulus.*

T. Contra Pytagoræ metempsichosin scribit D. Augustinus tom. 3. lib. 12. de Trinitate circa finem.

V. 4. Reg. c. 2. *Dixitque Eliseus: Obsecro, vt fiat in me duplex spiritus tuus*

Ad Rom. 13: *Induimini Dominum Iesum.*

X. *In ipso nouitiatu contra carnem magno zelo incensus ne seruus delicatè nutritus, proteruiret in Dominum adeo se ieiuniјs, & mirabili abstinentia vigiliјs, & precibus macerauit, vt mensuram propria fragilitatis excedens, ciuem propemodum per-*

diderit, dum vult hostem opprimere. Neruis enim corporis nimia exinanitione contractis, tam fortiter eius dentes compressi sunt, vt vel ad sorbendum quidpiam quolibet instrumento agrè deduci potuerint. Misertus est autem illius, vel potius populi sui Deus nec passus est, os illud beatum diutius obserari, quod in medio Ecclesiæ cum multo fructu vberrimè aperire constituerat. Restitutus verò pristinæ sanitati (modum quidem abstinentiæ mutauit) sed non abstinendi propositum, vel consuetudinem. Hæc F. Thomas Lentinus Dominicanus Archiepiscopus Messanensis, & Patriarcha Ierosolymitanus, quem postea sequuti sunt S. Antoninus, Garzo, Flaminius, Castillus p.p. lib. 2. c. 29. Maluenda anno 1221. & alij.

Y. Lege Leontium Cyprium in vita Simeonis Abbatis, Hieron. epist. 8. ad Demetriadem, & Bernardum de dispensatione, & præcepto circa finem, vbi ait: *Quasi denique secundo baptizamur, dum*

per

per id, quod mortificamus membra nostra, quæ sunt super terram, rursum Christum induimus complantati denuo similitudini mortis eius.

Z. 4. Reg. c. 4. v. 34. *Posuitque os suum super os eius.*

1. Poeta: ——— *ostendit lacryma flammam.*

2. Consule nostrum Altum ——— murum Ecclesiæ ad annum 1252.

3. Castillus p. p. lib. 2. cap. 32. Vilegas, & alij.

4. Obscuritatem esse de ratione formali obiecti fidei habetur ex D. Thoma 2. 2. q. 1. art. 4. Lege Bannes loco citato, Caetanum art. 6. ad 2. & alios. Ita Paulus ad Hebræos 11. *Fides est argumentum non apparentium.* Et 2. Petri 1. *Cui benefacitis attendentes tamquam lucernæ in caliginoso loco.* Rursus Christus Ioan. 20. *Beati, qui non viderunt, & crediderunt.*

5. Habetur Gen. 1. *Spiritus Domini ferebatur super aquas.*

6. Re-

6. Refertur à Castillo p.p.lib.2.c.30.
7. Castillus p.p.lib.2.c.22.
8. Apoc.c.3.v.7. *Qui habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit: claudit, & nemo aperit.*
9. Habita concione, adducunt ad eum mutum habentem in infirmitate sua decem annos, & immisso digito in os illius, eum curauit, Alphonsus Villegas, Castillus p.p.lib.2 cap.33.& alij.
10. Castillus p.p.lib.2.c.31.
11. Ibidem.
12. Monachus, græcè monachos, solitarius: monos enim solus: nam primi monachi viuebant in solitudine.
Religiosum Masurius Sabinus dictum putat à relinquendo. Cicero 1. de natura Deorum à relegendo deducit. Lactantius lib.4. á religendo. Nonnulli á relegando, quasi ab hominum relegatus consortio.
13. Castillus p.p.lib.2.cap.31.
14. Hieronymus ad Furiam. *Falsus rumor*

mor citò opprimitur & vita posterior indicat de priore: Si anno præterito fama mẽtita est aut certè si verum dixit, cesset vitium, & cessabit rumor.

15. Luc. 22. v. 32. *Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.*

16. Eadem verba dixit Virgo Deipara nostro martyri. Ità Castillus p.p. lib. 2. cap. 32.

17. *Impius sicarius semel atque iterum in capite gladio vulnerauit: iamque penè mortuus symbolum fidei, quam infans virili fortitudine confessus fuerat, in ipso supremo spiritu pronunciauit: iterumque latera mucrone transuerberatus, ad martyrij palmam migrauit in cælum anno salutis* 1252. Breuiar. scirpsit digito super lapidem, vel, vt alij dicunt, super scapulare: credo. Alfonsus Villegas.

18. Ad Rom. c. 10. v. 10. *Corde enim creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem.*

19. Iu-

19. Iuuen.satyr. 10.

Cantabit vacuus coram latrone viator.

20. Ouid.epist.7.

Sic vbi fata vocant vdis abiectus in herbis
Ad vada Mæandri concinit albus olor.

21. Taurus signum cœleste opponitur in Zodiaco Scorpioni. Dignitates essentiales Planetarum quinque posuimus in nostro Introductorio Astrologico cũ Ptolomæo lib. 1. quadrip. cap. 20. & sequentibus, Domum, Altitudinem, siue exaltationem, trigonum, siue Triplicitatem, Finem, & Personam. Addunt alij Carpentum, & Gaudium. Vnam tantum Domum Soli assignant, in Leone, in quo virtus eius augetur &c. Exaltatur autem in Ariete, cum ibi dies incipiant esse maiores noctibus &c. Detrimentum autem eius est in Aquario, & casus in Libra. Taurus domus nocturna est Veneris, exaltatio verò Lunæ.

22. Vrbs Verona clarissima; eam Ptolomæus lib. 3. c. 1. ponit ciuitatem Cænoman-

man-

marmorum ſub Venetijs;Liuius lib.5.in Libuis;Plinius lib.1.cap.19.in Eugoneis;Strabo lib.3. agens de Tranſpadanis vrbibus, ac Mediolano ſcribit: *Et propinqua Verona, eſt ampliſſima & hæc ciuitas*: Coloniam Romanam fuiſſe probat Onophrius in Romano Imperio. In vetuſta inſcriptione, quam reddit Hubertus Goltzius in Teſauro: Eſt Colonia Auguſta Verona, Gallienniana Vrbs eſt hoc tempore clara, & quondam illuſtrium virorũ alumna, in qua natos ferunt Plinium, Catullum, Æmilium, Macrum Poetam, & Patrum memoria Onophrium Panuinium excellenti eruditione virum, qui vitas ſummorum Pontificum ſcripſit à Xyſto IV. vſque ad Pium IV. Cronologiam Eccleſiaſticam, ſuper ſacram Scripturam, & alia plura. Veronam habes deſcriptam luculenter à Leandro Alberto, Torello, Saraina, Antonio Magino, & alijs. Dicunt à Gallis conditam, Duce Brenno, à quo Brenno-

na primò, deinde mutatis litteris Verona dicta est. Lege Iustinum lib.20.

Hoc etiam nomine felix, quòd viginti tres Episcopos sanctitate insignes, Romanoque Martyrologio adscriptos habere diuina miseratione promeruit: de quibus multa cum fide, ac pietate de Veteribus Ecclesiæ Veronensis monumẽtis Augustinus Valerius Episcopus Veronensis, & S.R.E. Cardinalis peregit. Præterea Verona nonnullorum etiam martyrum sanguine decoratur.

23. Cant. 1. v. 14. *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.*

Eadem botri metaphora, & vindemiæ vsus est Innocentius IV. in Bulla canonizationis S. Petri martyris. Lege Castillum p.p. lib.2.c.38.

24. Passus est cum eo F. Dominicus socius eius, qui ab eodem lictore quatuor ictibus lethaliter vulneratus, quinto post die obijt. Chron. breue Dominicanum. Carinus pænitentia ductus suscepit no-

stræ

ſtræ Religionis habitum Conuerſorum, in quo ſtatu perſeuerans vſque ad mortem, pius pænitens volauit ad cælos. Caſtillus p.p.lib.2.c.36.

25. Gen.3.v.19. *In ſudore vultus tui veſceris pane.*

Aliud de eodem VII.

Petra es, ſed ex illis,
Ex quibus concretus ignis extruditur.
17. Hinc in domi tuæ obſcuro
Semper ignifer nequiuiſti
Vel a puero eſſe obſcurus.
Semper clarus, adhuc infantulus;
Lucem enim portas ex vtero.
A. Quòd Petra, Patruo cudente, ſeptennis
Domeſticas inter tenebras
Illicò ſcintillaſti; quòd firma,
Titubare non potuiſti;
Quòd ignifera,
Errori nequiuiſti pedem impingere.

Vt

E. Ad Hebræos 11. *Fides est argumentum non apparentium.*

F. B. Humbertus lib. 5. de fratrum vitis c. 2 *Cum autem in ætate, quasi octo annorum à scholis reuerteretur domum, interrogatus à patruo quid legisset: respondit: Credo in Deum patrem omnipotentem, creatorem cœli, & terræ. Super quo redarguens eum, patruus ait: Noli dicere creatorem cœli & terræ; cum ipse Deus non sit Creator visibilium, sed diabolus. Ipse verò licet puer, cæpit affirmare, se velle potius sic dicere, sicut legerat, & ita credere, sicut scriptum habebat. Tunc nisus est ei probare per auctoritates more hæreticorum quòd diabolus ista creauerat, & quasi cum minis persuadere, quòd ita deberet credere, & tenere. Sed mirum valde, quòd ita omnes auctoritates illas contra eum conuertit, quòd in nullo potuit ei resistere: propter quod manifestè dabatur intelligi, qualis futurus erat pro defendenda fidei veritate. Quòd patruus indignè ferens, accessit ad patrem, &*

sua-

suasit illi quòd Petrinum à litteris omninò amoueret, referens totum quod inter eos gestum erat, qualiter ab eo fuerat conuictus. Hactenus Humbertus, cui astipulantur Lentinus Dominicanus Patriarcha Ierosolymitanus, S. Antoninus, Garzo, Flaminius, Castillus p.p. lib. 2. c. 29.

G. Celebris est doctrina, actionem esse solius Dei creare. D. Thomas 1. p. q. 45. art. 5. *Quem actum neque potest creatura Deus communicare, vt creet per ministerium.*

H. Nota est Manetis historia. Hic infamis hæresiarca, qui fuit Persa, sub Valeriano, & Gallieno, anno 257. vel sub Aureliano anno 271. aut sub Tacito anno 279. vel Probo Imperatore (hac de re variant Patres: lege nostrã Chronologiam) ex ouo horrendam hæresim protrusit in mundum. De hac re tractarunt affatim S. Cyrillus Ierosolymitanus cathechesi 6. Sanctus Philastrius libello de hæresibus, Theodoretus lib. 1

hæreticarum fabularum, S. Epiphanius lib. de hæresibus c. 46. S. Damascenus lib. de hæresibus; Socrates lib. 1. histor. Ecclesi. c. 17. Nicephorus lib. 6. c. 31. 32. Suidas verb. Manes, Baronius tom. 1. Annalium anno Christi 277. Petrus Siculus, & ex nostris Maluenda in Annal. Prædicatorum anno 1221. Castillus Chron. part. 1. lib. 2. c. 29. & alij.

I. Fides non solum humanam, sed etiam Angelicam excedit intelligentiam.

K. Psalm. 8. *Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos: vt destruas inimicum, & vltorem.*

L. Ex Ioanne de Sacro Bosco lib. de sphæra c. 1. *Linea autem diuidens Zodiacum in circuitu, ita quòd ex vna parte sui relinquat sex gradus, & ex alia parte alios sex, dicitur linea ecliptica; quoniam quãdo Sol, & Luna sunt lineàliter sub illa, contingit eclipsis Solis, aut Lunæ: Solis, &c. Sol quidem semper decurrit sub Ecliptica; omnes verò alij Planetæ declinant vel versus Se-*

ptem-

ptentrionem, vel versus Austrum. Quandoque autem sunt sub Ecliptico.

M. Ad aspectum Bootæ Virgo Erigone inter Leonem, & Libram in Zodiaco locum tenet. Hanc Hesiodus Iouis, & Themidis filiam fecit; iustamque appellatã fuisse, quòd æquitatem coluerit inter homines, affirmauit. Astipulatur ei Nigidius, qui hæc de Virgine refert: *Virginem iustitiam dici, vel æquitatem, quæ ab hominibus recedens ad immortales transiuit. Aderat enim hæc inter mortales omnibus locis, concilijs assistebat eorum ac illis præcipiebat, ne temerè à iustitia, & æquitate discederent. Hi quandiu monitis eius obtemperarunt, terram aurea illa ætate incoluit: At postea tractu temporis, cum negligentius homines æquitatem obseruantes declinarent à rectitudine, insidijsque, cupiditate, ac auaritia alter deciperet alterum auolans à mortalibus, in illam Zodiaci partem, quæ est prope Leonem, secessit.*

N. Inscriptio est in nummo Bononiensi à *Bononia docet*. Ibique Petrus nauauit operam litteris. Castillus p.p.lib.2.cap. 29. & alij.

O. Noricus ensis à Noricis appellatus. Norici incolæ sunt alpium, vt scribit Plinius lib.3. Idem quoque lib.34. cap. 18. scribit in Noricis esse ferri venam laudabilis. Vide Horatium lib.1. Carm. od.16. & Epodon. od.17.

Ægida, idest munimen pectoris. Lege Horat. lib.1. Carminum od. 15.

——————— *iam galeam Pallas, & ægida.*

P. Sap.c.7.v.6, *Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa.*

Q. Nomen in Prædicatorum Religionem dedisse Bononiæ nostrum martyrem præclarissimum, & à S. Dominico habitum suscepisse, Hubertus Garzo, Flaminius, Castillus, Maluenda, & alij produnt. Verba Flaminij in vita S. Dominici lib.2. *Admissus est in eadem Synodo in ordinem Prædicatorum Beatus quoque*

Pe-

Petrus martyr, qui tunc Bononiæ litteris operam dabat, adolescens natus annos circiter quindecim,

R. Sidera non proprio lumine, sed luce, quam mutuantur à Sole, splendere diximus pag. 18.

S. Lucæ 14. v. 26. *Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem, & animam suam, non potest meus esse discipulus.*

T. Contra Pytagoræ metempsichosin scribit D. Augustinus tom. 3. lib. 12. de Trinitate circa finem.

V. 4. Reg. c. 2. *Dixitque Eliseus: Obsecro, ut fiat in me duplex spiritus tuus*

Ad Rom. 13: *Induimini Dominum Iesum.*

X. *In ipso nouitiatu contra carnem magno zelo incensus ne seruus delicatè nutritus, proteruiret in Dominum adeo se ieiuniјs, & mirabili abstinentia vigiliјs, & precibus macerauit, ut mensuram propriæ fragilitatis excedens, ciuem propemodum per-*

diderit, dum vult hostem opprimere. Neruis enim corporis nimia exinanitione contractis, tam fortiter ejus dentes compressi sunt, vt vel ad sorbendum quidpiam quolibet instrumento agrè deduci potuerint. Misertus est autem illius, vel potius populi sui Deus nec passus est, os illud beatum diutius obserari, quod in medio Ecclesiæ cum multo fructu vberrimè aperire constituerat. Restitutus verò pristinæ sanitati (modum quidem abstinentiæ mutauit) sed non abstinendi propositum, vel consuetudinem. Hæc F. Thomas Lentinus Dominicanus Archiepiscopus Messanensis, & Patriarcha Ierosolymitanus, quem postea secuti sunt S. Antoninus, Garzo, Flaminius, Castillus p.p. lib. 2. c. 29. Maluenda anno 1221. & alij.

Y. Lege Leontium Cyprium in vita Simeonis Abbatis, Hieron. epist. 8. ad Demetriadem, & Bernardum de dispensatione, & præcepto circa finem, vbi ait: *Quasi denique secundo baptizamur, dum*

per

per id, quod mortificamus membra nostra, quæ sunt super terram, rursum Christum induimus complantati denuo similitudini mortis eius.

Z. 4. Reg. c. 4. v. 34. *Posuitque os suum super os eius.*

1. Poeta: ——— *ostendit lacrymas flammam.*

2. Consule nostrum Altum ——— murum Ecclesiæ ad annum 1252.

3. Castillus p. p. lib. 2. cap. 32. Vilegas, & alij.

4. Obscuritatem esse de ratione formali obiecti fidei habetur ex D. Thoma 2. 2. q. 1. art. 4. Lege Bannes loco citato, Caetanum art. 6. ad 2. & alios. Ita Paulus ad Hebræos 11. *Fides est argumentum non apparentium.* Et 2. Petri 1. *Cui benefacitis attendentes tamquam lucernæ in caliginoso loco.* Rursus Christus Ioan. 20. *Beati, qui non viderunt, & crediderunt.*

5. Habetur Gen. 1. *Spiritus Domini ferebatur super aquas.*

6. Re-

6. Refertur à Castillo p.p.lib.2.c.30.

7. Castillus p.p.lib 2.c.32.

8. Apoc.c.3.v.7. *Qui habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit: claudit, & nemo aperit.*

9. Habita concione, adducunt ad eum mutum habentem in infirmitate sua decem annos, & immisso digito in os illius, eum curauit, Alphonsus Villegas, Castillus p.p.lib.2 cap.33.& alij.

10. Castillus p.p.lib.2.c.31.

11. Ibidem.

12. Monachus, græcè monachos, solitarius: monos enim solus: nam primi monachi viuebant in solitudine.

Religiosum Masurius Sabinus dictum putat à relinquendo. Cicero 1. de natura Deorum à relegendo deducit. Lactantius lib. 4. á religendo. Nonnulli á relegando, quasi ab hominum relegatus consortio.

13. Castillus p.p.lib.2.cap.31.

14. Hieronymus ad Furiam. *Falsus rumor*

mor citò opprimitur & vita posterior indicat de priore: Si anno præterito fama mẽtita est aut certè si verum dixit, cesset vitium, & cessabit rumor.

15. Luc.22.v.32. *Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.*

16. Eadem verba dixit Virgo Deipara nostro martyri. Ita Castillus p.p. lib.2. cap.32.

17. *Impius sicarius semel atque iterum in capite gladio vulnerauit: iamque penè mortuus symbolum fidei, quam infans viriliter fortitudine confessus fuerat, in ipso supremo spiritu pronunciauit: iterumque latera mucrone transuerberatus, ad martyrij palmam migrauit in cælum anno salutis* 1252. Breuiar. scripsit digito super lapidem, vel, vt alij dicunt, super scapulare: credo. Alfonsus Villegas.

18. Ad Rom.c.10.v.10. *Corde enim creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem.*

19. Iuuen. satyr. 10.

Cantabit vacuus coram latrone viator.

20. Ouid. epist. 7.

Sic vbi fata vocant, vdis abiectus in herbis
Ad vada Mæandri concinit albus olor.

21. Taurus signum cœleste opponitur in Zodiaco Scorpioni. Dignitates essentiales Planetarum quinque posuimus in nostro Introductorio Astrologico cũ Ptolomæo lib. 1. quadrip. cap. 20. & sequentibus, Domum, Altitudinem, siue exaltationem, trigonum, siue Triplicitatem, Finem, & Personam. Addunt alij Carpentum, & Gaudium. Vnam tantum Domum Soli assignant, in Leone, in quo virtus eius augetur &c. Exaltatur autem in Ariete, cum ibi dies incipiant esse maiores noctibus &c. Detrimentum autem eius est in Aquario, & casus in Libra. Taurus domus nocturna est Veneris, exaltatio verò Lunæ.

22. Vrbs Verona clarissima; eam Ptolomæus lib. 3. c. 1. ponit ciuitatem Cænoman-

mannorum ſub Venetijs; Liuius lib. 5. in Libuis; Plinius lib. 1. cap. 19. in Eugoneis; Strabo lib. 3. agens de Tranſpadanis vrbibus, ac Mediolano ſcribit: *Et propinqua Verona, eſt ampliſſima & hæc ciuitas*: Coloniam Romanam fuiſſe probat Onophrius in Romano Imperio. In vetuſta inſcriptione, quam reddit Hubertus Goltzius in Teſauro. Eſt Colonia Auguſta Verona, Gallienniana Vrbs eſt hoc tempore clara, & quondam illuſtrium virorũ alumna, in quã natos ferunt Plinium, Catullum, Æmilium, Macrum Poetam, & Patrum memoria Onophrium Panuinium excellenti eruditione virum, qui vitas ſummorum Pontificum ſcripſit á Xyſto IV. vſque ad Pium IV. Cronologiam Eccleſiaſticam, ſuper ſacram Scripturam, & alia plura. Veronam habes deſcriptam luculenter à Leandro Alberto, Torello, Saraina, Antonio Magino, & alijs. Dicunt à Gallis conditam, Duce Brenno, à quo Brenno-

na

na primò, deinde mutatis litteris Verona dicta est. Lege Iustinum lib. 20.

Hoc etiam nomine felix, quòd viginti tres Episcopos sanctitate insignes, Romanoque Martyrologio adscriptos habere diuina miseratione promeruit: de quibus multa cum fide, ac pietate de Veteribus Ecclesiæ Veronensis monumẽtis Augustinus Valerius Episcopus Veronensis, & S.R.E. Cardinalis peregit. Præterea Verona nonnullorum etiam martyrum sanguine decoratur.

23. Cant. 1. v. 14. *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.*

Eadem botri metaphora, & vindemiæ vsus est Innocentius IV. in Bulla canonizationis S. Petri martyris. Lege Castillum p.p. lib. 2. c. 38.

24. Passus est cum eo F. Dominicus socius eius, qui ab eodem lictore quatuor ictibus lethaliter vulneratus, quinto post die obijt. Chron. breue Dominicanum. Carinus pænitentia ductus suscepit no-

stræ

ſtræ Religionis habitum Conuerſorum, in quo ſtatu perſeuerans vſque ad mortem, pius pænitens volauit ad cælos. Caſtillus p.p.lib.2.c.36.

25. Gen.3.v.19. *In ſudore vultus tui veſceris pane.*

Aliud de eodem VII.

Petra es, ſed ex illis,
Ex quibus concretus ignis extruditur.
17. Hinc in domi tuæ obſcuro
Semper ignifer nequiuiſti
Vel a puero eſſe obſcurus.
Semper clarus, adhuc infantulus;
Lucem enim portas ex vtero.
A. Quòd Petra, Patruo cudente, ſeptennis
Domeſticas inter tenebras
Illicò ſcintillaſti; quòd firma,
Titubare non potuiſti;
Quòd ignifera,
Errori nequiuiſti pedem impingere.

Vt

Vt securiùs in tot anfractibus
Incederes gentis tuæ,
Præter lumen,quo præfulgebas,
Tibi præferendo facem,& stellam
Dominicus anteiuit.
Vt autem illius morte facem extinctam
Ad orbem illuminādum reaccenderes,
Subsequutus Ducis exemplum,
Tu silex,& ignitabulum
Repercussus sæpius ferro,
Conabaris ex te ignem excudere.
Præter duritiem igitur silex es;sed ignifera;
Nisi quòd è corde per oculos
Tuos manant flumina lacrymarum.
Illas dumtaxat scintillas non excussisti
De te,
Quæ de lasciuia prodeunt,& ira.
Has,nisi prius, quam nascerētur ex corde,
Tuos oculorum demerseris ad fluenta.
Flamma præter naturam
B. Tuum ad tumulum (te sepulto) è cælo
Frequentissimè descendebat.
Nil mirum: Erat de camino,

Qui

Qui Apóstolos instaurauerat ad prodigia.
Descendebat,
Vel ad suæ humilitatis exemplum,
Vel ne frigerent cineres
In Memoria Posterorum,
Atque in patrandis miraculis in credẽtes.
Hæc lampadem è cælo accensum
Prolabitur in sepulchrum;
Vt terrarum Orbis perspiciat
Mirabilia tanti viri.
C. Exi obuiam sponso, gio)
Vt prudẽtissima Virgo (Dominicana Reli-
Lampadem ornatam habes è cælo;
Cui non deficiet oleum.
Silete encomium linguæ,
Suaque lumina
Sepeliat humana Rethorica, & cæcutiat;
Dum Petrum vt laudet, è cælo
Magnus Encomiastes properat; lumen.

SCHOLION.

A. Breuiarium Dominic. *Neque vllis vnquam patris patruiue blandicijs, aut minis, a sua constantia dimoueri potuit.*

B. Ex eodem: *Ad S. Petri tumulum frequens lux descendit; in cuius laudis titulum, lampades accendit.*

C. Matthæi 25. *Simile erit regnum Cælorum decem Virginibus quæ accipiētes lampades suas, exierunt obuiam sponso, & sponsæ.*

Aliud ex P. Masculo Soc.

Parentes impietatis inuoluti caligine
Ediderunt te (Petre) in lucem;
Immò ediderunt lucem;
Quippe Solis instar exortus es terris;
Nisi quòd semel prodigiosè texisti solem,
Cum sub dio verba faceres in summo æstu;

Vt perfugas ad fidei ſigna reduceres.
Impetraſti precibus nubis vmbraculum,
Ceſſauit ſol impendere terris radios,
Vt in alijs compendium tu faceres lucis.
Subduxiſti vertici æſtum,
Vt cor incenderes.
Qui tuo in omnes dominabaris eloquio,
Aliorum imperaſti loquelæ;
Aduerſarium audacter oblatrantem tibi
Feciſti elinguem.
Alteri nutibus à te poſcenti opem,
Vincula ſoluiſti linguæ.
Vulnerauit vox tua virilis impios,
Antequam tibi infligerent vulnus.
Quæſitor, & indagator es perfidiæ factus,
Parentibus licet perfidis natus.
Mirum fuiſſet, ſi imbelles columbæ
Genuiſſent ferocem Aquilam:
Sed magis mirum quòd perſpicacē genuerunt noctuæ.

SANCTA CATHARINA SENENSIS

Elogium VIII.

esto calame lacteus totus,
Ne cãdorem, quẽ describendũ aggrederis,
Vel atramento inficias.
Dum laudas nuptas, vtere atramanto,
Lactis candore, Virgines si commendas.
Lacteus sis, opus est,
A. Vel quia sumus in Galaxia;
Hoc est, in Catharina, in qua
Tot sidera, quot virtutes.
Lacteus esto:
Describenda est tibi sola
Ex ætatibus pueritia.
Hac vixit Catharina, non alijs;
Cuius ad mortem retinuit innocentiam.
Meritò Catherinæ, vt puellæ innocẽtissi-
mæ. H Dan-

Danda sunt ab vberibus alimenta.
Esto itaque lacteus totus,
Et lacteo stylo
Lactea scribe, lactea propina Ecclesiæ.
B. Quæ carens mãmis, paruula prædicatur.
Festina, calame, vola
Et, vt pertingas ad metam
Sex tibi alas assume;
C. His, non paucioribus pennis
Volans Seraphim assequêris.
Subito à cunabulis
D. Ad Trinitatis attollitur penetrale,
Nempe
E. Sponsi ad cellam vinariam Sponsa:
Charitatem ordinaturus in ea
Apparet sexenni
Sponsus, Rex, & sacerdos.
Sic paruula immensitatem
Paruuli claudit pectoris sub angustijs.
Infans quidem, sed quæ statim à cunis
Fatabatur æternitatem.
Infans; at pietate transcendens
Quæque merita senectutis.

F. In hoc non infans, quòd sponso
A cunabulis præmatura.
Vt contra nequissimi tela
Scutum sumeret fortitudinis, & tractare
Disceret arma; Virguncula
Gymnasticā petit, Virginem Genitricem;
Hæc Virginum tyrocinium;
Hæc armamenta, & schola.
G. E Virgine petenda sunt arma,
Virginitati vt pugnes.
Ad aram ergo, Virago,
Virginis Matris, non Martis
Primas sacrauit preces, & victimas,
H. Tot quippe *Aue Maria*,
Quot gradus erant in scalis.
Sic per gradus Religionis,
Aptius dixerim volans,
Imò ab Angelis vecta
Peruenit ad thronum sponsi,
Quem vicit, & lancinauit.
Deuictum exuit corde,
Stemmatibus potita est eius.
Inita pace,

Ini-

Iniuit cum diuinitate ſponſalia:
Redemptori nubit Redempta.
Factus eſt Adam ſimilis Deo:
Eua veró ſimilis Adæ:
Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.
Ergo, quòd ſponſa,
Catharina ſimilis Chriſto.
Cui ſemel nupſit Eccleſia,
Nubit iterum Catharina.
Hinc quanti ſit meriti, dimetire;
Sed vnum prius hic adde:
Sponſa, hæc myſterio, & carne.
Virgo eſt Eccleſia Sacramento:
Fuit in ſponſalitio Sponſus,
Non caro, & ſanguis;
Non Angelus, dexter Ales;
Verum
Deipara ſocrus, & pronuba;
Paranyphuſque Verbum Patris;
Cor pro dote, Flammeum Flamen;
Elargita congiaria ſponſæ,
Redimi ſpinis, annulo ſubarrhari,
Corde donari nouo,

Regis sponsi stemmatibus prænotari,
De latere potari eiusdem,
Ab illo Pontifice sponso
Refici sæpiùs Sacramento;
Potare, atque potiri
In nutricem
vtràque natura in Verbo,
Cruore illius, & lacte
Ablui, rubricari, lactari.
Teda hæc caruit fumo,
Vbi virginitatis non denigrato candore
Clarissima claruit magis.
Vt nihil ei sciens esse cum Venere,
Spinis tantum sibi retentis,
Suum á rosis abhorruit diadema.
Rectè iudicauit de capite,
Quod nisi pungatur,
Redemptum non cõmoritur Redemptori.
Veprium maximè auida,
Illas respuit solum,
L. Quibus constat Venus, & pungitur:
Reliquas
Tamquã pretiosissimas capiti superposuit,
Vt

Vt illi adeſſet
Tot oculos, quot aculeos.
Capiti ſuperpoſuit, nam in capite cariora.
M. Vnionibus contextam, & gemmis
Auream repudiauit coronam,
Ne prægrauatum auri pondere caput,
Doleret.
Reſpuit auream,
Quæ non poteſt ſine grauamine ſuſtentari.
Vtar
Hac vnica (dicebat) ſpinarum:
Pungatur caput, ne fiat animo ſpina.
Vt ſublimiùs ſpiritus euolet, ac velociùs,
Hoc vtar calcare, vepribus.
N. Vinea facta dilecto,
Spinis ſepitur ad beſtiarum occurſus.
Initianda patientiæ magiſterio,
Sentibus laureatur.
Hæc donat priuilegia Crucifixus
In Academia ſua Caluariij laureandis.
O. Sic arte noua collegit vuas de ſpinis.
Vel quæ monialem audiuerat detrahentē,
De ſapientis conſilio,

Ne

Ne curaret, aures sepiuit spinis.
Ex hoc nota filiam Adæ,
Quia sentibus redimita:
Cæterũ abstinẽtia, conuersatione, ardore,
Purum seraphim arbitrareris.
Tantum non seraphim,
Quòd patiendi causa
Sensibus induta erat, & carne.
Verùm vt tota spiritu viueret,
Perpetuò se carnibus interdixit.
Quid mortuas comederet carnes,
P. Quæ semel mortiferæ in conceptu
Paululum carnis comedens in Adamo
Grauato nimium stomacho
Non digessit?
Vt spiritus viueret vitam,
Abstinebat edulio mortis,
Carnibus.
Viuebat igitur solo pane, & aqua;
Interdum crudis oleribus;
Hic innocentiæ status, & cibus.
Diuinius aliquid dicam.
Q. A die Cinerum vsque ad Ascẽsionem

Eu-

Eucharistia tantum refecta,
A reliquis abstinebat.
R. Seraphim hoc solo cibo contentũ est,
Pane suo.
Alimenta cætera, & haustus
Simplicitate naturæ respuit nauseante.
Vt disceret se mortalem,
Sub febrium magisterio exercetur,
Optima vitæ schola infirmitas.
Frequenter malè valebat,
Vt semper benè valeret in Domino.
Toto penè affecta corpore,
Cor solum reseruauit incolume.
In hoc enim nunquam charitas ægrotauit.
Nisi amor ipse permagna sit ægritudo.
Cellam mutando in cælum
Fecit,
Vt incolam hæc haberet diuinitatem.
Inibi solitaria
Contubernalem nacta est Christum.
Verbo assistunt seraphim proclamantia:
Sanctus Sanctus, Sanctus:
Assistit sed Verbum tibi, & alternatim
Si

Si non in cælo, in cella
Psallis, & illud psallit;
Et dum illud dulciter clamat;
Tu respondendo proclamas:
Gloria Patri, & tibi, & Spiritui Sancto:
Tibi, inquam, dulcis Iesu,
Homo Deus, vita mea,
Putrido vlceri,
Quo Religiosa quædam Dominicana
In pectore laborabat,
Amanter Catharina medebatur.
Reuocasset oculos stomachus;
Sed assueta iam erat Virago
Spectaculis charitatis.
Auida sapientiæ
Alacris irrumpit in vlcera, seu in ora;
His homines edocemur
Cuius simus conditionis.
Cupida prolabitur vlcera osculatum,
Vbi oscula suauissima sunt, & tuta.
Ex his, & in his satis vtiliter
Philosophamur de morte.
Sacris Apibus Canticorum

Historés sunt delibandi,
Ex quibus
Mellificando sibi,& sponso
Faua comedant saluberrima.
Admouet itaque labra vlceribus,
(Melius vberibus dixerim)
In Senensi
Charitas senuit numquam.
Has mammas, etiam senex
Senensis requiret semper, vt crescat.
Numquam,& nusquã charitas ablactãda;
Neque in patria.
Id gratiæ colit ab ægra,
Vt fuerit accusata luxuriæ. (séderet,
S. Nõ habẽs quod in tam iniusta causa de-
Calumniæ luculentã opposuit Apologiã,
Silentium.
Iusta est causa, quæ defensione non eget.
Magis miranda, quod non respueret,
Quam quòd posset. (tutis.
Est infamia innocẽtiæ validissima cos vir-
Aquę multę nõ potuerũt extinguere charitatẽ,
Nec flumina illam obruere.
De-

Infirmæ inseruit,& animo æquiori; (tur.
Quãdo in opprobrium ei seruitus verteba-
Ei pro mercede sat erat
Solum pretium charitatis;
Vel iniuria separatim.
Erat de Stoa Caluarij,
T. In quo blateronibus,& blasphemis
Pro improperijs redditur Paradisus.
A dolosa magis timuisset elogia,
Quàm iniurias.
In spinarum valle viuimus ex Adamo:
Si vepres cupis effugere,
Extra orbem ponare.
Nam si in terra, tibi terra
Spinas, & tribulos germinabit.
Miraculis illustrata frequentibus
Primo attactu vlcus curasset,
Nisi sibi comminuisset
Grandem segetem meritorum.
Commutato corde cum Christo,
Ambigeres, Catharina
An Christifera dicenda esset, an Christus.
To-

Tota eius vita Orbi fuit miraculum.
Digna spectari
Cæcis reddidit oculos, vt spectarent.
Surdis auditum, vt audiretur ad vitam.
Vt largiri posset cumulatius pauperibus;
Panem multiplicauit.
Matrem à qua donata fuerat vita,
A mortuis reuocauit.
Cordium eam arcana
Minimè latuere; præsertim
Gregorij XI. de repetenda Vrbe cōsilium.
Illi oratio solamen, & lumen;
Tabula lectus;
Cibus olera, & incocta;
Cestus catena;
Ter in diem se verberare;
Pro vtilitate Ecclesiæ, Vrbis, & Orbis
Vitam impendere.
Durissima quæque ferre pro Christo,
Catharinæ erant delitiæ.
Terras migrauit in peregrinas
Laureas acquisitura vbique.
Peragrauit Galliam, & Italiam;

Si circumſpexiſſet itinere,
Nihil ſeipſa vidiſſet admirabilius.
Auenionem profecta
Hac intrat in Curiam cura,
Vt à Clemente V. anno 1305.
Illuc Apoſtolica ſedes trâslata
A Gregorio XI. anno 1376. Idibus Ianuarij
Romam reduceretur.
Ad Pontificem ſeraphica ingreſſa
Aulicos reddidit Angelos;
Aulam
Cellam, templum & cælum.
Quidni? Aderat Catharina.
Annuens Gregorius Virginis votis
E Gallia repetit Romam.
Hac, non minori
Indigebat luce, ac Duce
Exul ſedes, & deuia,
Vt ab inuia poſt annum LXXI
Tandem reuerteretur ad propria.
E Gallia igitur remeans
Mutauit lilia, non dimiſit,
Scilicet Naturæ in Gratiæ:

Lilia

Lilia enim erant præſidia Catharinæ,
V. Quibus vallatur triticum Salomonis.
Per Catharinam reſloruit candor in aula,
Vbi pruinis hæc lilia exiccantur.
Interim
Ab aula redit ad cellam:
Sed prodigium! eadem; quæ acceſſerat;
Imò & ſanctior.
Id retulit lucri ab illa,
Quòd rapuit aulicos ei,
Nempe auios aues aucupio;
Quos, vt velociús, & expeditiús fugerent,
Suis alis euexit ad Deum.
Cruce, quam in collo ferebat,
Chriſtum donauit in paupere.
A ſe planè non abegiſſet;
Niſi conflata eſſet argento.
Felix, quæ Deum habuit debitorem.
Charum fuit munuſculum Chriſto;
Et quòd crux, & quòd à ſponſa largitum.
Niueā colūbā ſuper caput eius deſcēdere
Conſpexere:
Venit nimirum ad ſponſam,

Quæ in Iordano ad Christum.
Hac magistra,& pennis
Virguncula Abecedarij adhuc ignara
Ascendit super Cherubim,& volauit,
Et supra hominum captum,
Pennata nõ minus mente,quám manu,
Multa scripsit,docuit multa.
X. Cælestia ab Inferis discernendo,
Apis penè Diuina
Mel segregauit á cæra.
Ab hac didicit simplicitate,
Non confertam eloquentiam floribus,
Qua Cardines firmauit Ecclesiæ;
Pontificibus
Gregorio XI. & Vrbano VI. consuluit;
Super arduas quæstiones (fecit.
Eruditissimis Theologis argutissimè satis-
Coram sacro Purpuratorum senatu,
Iisdem Gregorio,& Vrbano stupentibus,
Eleganter,ac intrepidè perorauit:
Patri suo Raymundo (plicauit.
Obscurissima loca scripturæ multoties ex-
Quid eius virtutes vltrà persequimur?
To-

Totum referebat in pectore Paradisum;
Nisi quod merebatur in fide. (rina;
Totus diuinitatis thesaurus erat in Catha-
Quia in ea erat cor Christi.
Y. Palam operabatur Christus in ea,
Cuius cordis commotione
Et ipsa commouebatur ad cuncta.
Vulnera Crucifixo,
Deipara Catharinæ vbera propinantibus,
Tantum sanguinis hausit, & lactis,
Vt de plenitudine semper in posterum
Virgo
Ægrotando eructauerit charitatem.
Numquam se meminit potasse dulcius,
quàm ex mammis;
Numquam ardentiùs, quàm ex plagis.
Z. Nectar reputasse pocula, & Ambrosiam:
At non coæquant fabulæ veritatem.
Vitam ex sanguine,
Augmentum traxit ex lacte,
Ex vtroque deuotionem.
Prælibata dulcedine Paradisi,
Illi stomacum faciebant

Omnia, quæ sub cælo;
Ob id exinde ardentissimè cum Apostolo
Apostola tunc Ecclesiæ
Cæpit cupere
Dissolui, & esse cum Sponso.
Voti compos, quæ semper in vita sua
Naturæ facta excessit,
Cessit fato.
Pridie Kalendas Maij decessit 1380.
Ætatis verò anno XXXIII.
Meritis quidem matura, non annis
Mortem decepit; Senem credidit cæca,
Quæ vix sextum lustrum absoluerat cũ dimidio.
Mors Grammaticæ imperita
A Senensi senem deduxit.
Quæ in vita terruit dæmones
Moriendo terruit Mortem.
Pronunciato enim versiculo
2. *In manus tuas commendo spiritum meum*
Antequam in manibus sponsi
Spiritum poneret,
Illum Tartaro formidabilem

In

In dæmones, vt illos fugaret, efflauit.
Regnante obijt Tauro,
Vt suo cælesti mugitu
Hic vniuersos arcesseret ad triumphum.
3. Vel, vt Hyades incitaret ad nænias
Non pro fratris Hyadis casu,
Sed occubitu Catharinæ
Luctuoso satis Ecclesiæ.
4. Et rectè plenissima Luna
Super cælos
Exaltanda erat in Tauro.
Nisi accesserit Taurus ad funus,
Vt in tristi hac Ecclesiæ Hecatombe
Seipsum in victimam traderet imolandum.

SCHOLION.

A. De Galaxia lege fusiús alibi.

B. Cant. cap. 8. c. 8. *Soror nostra paruula, & vbera non habet*, Quod de Ecclesia exponunt Cassiodorus, Beda, Grego-

 rius

rius Papa hìc, & lib. 19.moral.c.9. Rupertus, & alij.

C. Sex alas seraphim habet Isai.c.6.

D. Sexennis super Conuentum S. Dominici vidit in aere dominũ Iesum in habitu Pontificis Maximi, super cuius caput posita erat tiara. Habebat à latere Apostolos Petrum, & Paulum, Euangelistam Ioannem. Alphonsus Villega in Flos sanctorum.

E. Cant.cap. 2. à 4. *Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.*

F. Anno ætatis septimo, non vt septennis puella, sed planè grandæua Christo sponso immortali suam dicauit virginitatem, idq; voto coram Deo solemni (vt aiunt Raymundus Villeg. Marraccius lib. Mar. & alij)

G. De Maria Dei matre habet in Menæis Ecclesia Græca: *Ensis sis vtrinque acutus, hostis nostri caput conscindens.* & S. Germanus orat. in natiu. Mariæ: *Ita*

Do-

Domina, Perfugium meum, vita, & Præsidium, Armatura, Glorificatio, Spes, & Fortitudo mea.

H. Quinquennis salutationem Angelicã crebrò Deiparæ offerebat, & diuinitùs edocta per gradus paternæ domus ascẽdendo, & descendendo ad singulos flexis genibus eandem salutationem Angelicam Virgini Matri reuerenter pronunciabat. Idque Deiparæ gratum fuisse, illud argumenti est, quòd per eosdem gradus ascendens, & descendens, Angelorum ministerio, vt plurimum ferebatur: ita vt pedibus eos non tangeret. Atque his in Deiparæ pietate velut fundamentis positis ad magnum sanctitatis culmen euasit. Raym. de Capua in eius vita, Spinel. in throno Deiparæ, S. Anton. 3. part. tit. 25. c. 14. Iust. Miech. in Litanijs Laur. disc. 404. num. 15. Castillus part. 2. lib. 2. c. 32. Villega in Flos sanct. Aug. Floril. in Cronol. Rosarij centur. 2. Castillus p. 2. lib. 2. c.

32, Marraccius lib. Marian. & alij.

I. Omnia habentur ex D. Antonino, B. Raymundo de Capua, Castillo, Villega, Marraccio, & alijs.

K. Adam factus est ad imaginem, & similitudinem Dei Gen. c. 1. c. 26. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* At mulier formata est similis Adæ. Ita Gen c. 2. c. 18. *Non est bonum hominem esse solum: faciamus ei adiutorium simile sibi.*

L. Ouid. de Arte

Quot lepores in Atho, quot apes pascuntur in Hybla,
Cærula quot baccas Palladis arbor habet.
Littore quot conchæ, tot sunt in Amore dolores:
Quæ patimur, multo spicula felle madent.

Et Catullus inquit.

Venerum spinosas in pectore curas ferre.

M. Christus ei coronas duas ostendit, vnam aureã gemmis contextã, alterã spineam, vt alterutram, quam mallet, eligeret, elegitque spineam sibi. Villeg.

N. Ita-

N. Isaiæ c.5.à 1.*Vinea facta est dilecto meo, in cornu filij olei. Et sepiuit eam &c.*

O. Matth.7.c.16.*Numquid colligunt de spinis vuas.*

P. Peccatum originale.

Q. Raymundus in eius vita, S. Antoninus, & alij.

R. Psalm.77.c.15. *Panem Angelorum mãducauit homo.*

S. Ambrosius lib.10.in Lucam c.23.*Melior enim est causa quæ non defenditur, & probatur. Ambiant defendi, qui timent vinci. Benè tacet Dominus, qui defensione non indiget.*

Hieronymus ad Furiam: *Falsus rumor citò opprimitur, & vita posterior indicat de priore.*

T. Matth.c.27.e 44.*Latrones, qui crucifixi erant cum eo. improperabant ei.* Et alteri eorum dicitur: *Hodie mecum eris in Paradiso.*

V. Cant.7.a 2. *Venter tuus aceruus tritici vallatus lilijs.*

Ali-

Aliquoties coram Romanis Pontificibus Gregorio XI. & Vrbano VI. intrepidè, eleganterque perorauit, spectante, & obstupescente Sacra Purpuratorum corona. Denique libros eruditos, vtilesque eodem cæli fauore, diuino nempe spiritu, & suggerente, & calamum mouente scripsit: Dialogorum vnum, alterum Epistolarum ad Pontifices, Cardinales, Episcopos, Reges, Principes, alíosque. Hæc Marraccius lib. Marian. ex Castillo.

X. Matth. 6. c. 21. *Vbi enim est thesaurus tuus, ibi & cor tuum.*

Z. Fabulæ ferunt ambrosiam esse Deorum cibum, nectarque potionem. Cic. lib. 1. Tuscul.

1. Ita de Paulo. *Cupio dissolui, & esse cum Christo.*

2. Villega in Flos sanctorum.

3. Hyades stellæ septem in capite Tauri, quæ quoties nascuntur, vel occidunt, pluuias creant. Ouid. lib. 5. Fastor.

Ora micant Tauri septem radiantia flammis,

Na-

Nauita, quas hyadas Graius ab imbre vocat. Tradunt Atlantem ex Ætra vxore HYantem filium suscepisse, septemque puellas, quæ cum fratrem à Leone deuoratum implacabili luctu prosequerentur, dolorisque magnitudine extabescerent, Iouis miseratione in septem stellas sunt conuersæ; & vt perpetuum maneret tantæ pietatis testimonium, à fratris nomine HYades appellatæ.

4. Luna secundum Astrologos exaltatur in Tauro, cadit veró in scorpione. Lege nostrum Introd. Astrologicum, Maginum, Argol.

5. Hecatombe sacrificij genus, sic dicta à numero victimarum; vel à numero sacrificantium. In hac enim centenæ vnius generis victimæ mactabantur.

Aliud ex P. Masculo Soc. Iesu.

Omnes Eloquētia in te, Virgo, iaceret flores;

Nisi

Nisi magis amares, quibus redimis caput, spinas.
Præfers catenis Mercurialium Rethorum aureis
Tuas, quibus constringis artus, ferreas.
Hunc attulisti ad thalamum muliebrem mundum.
Pallida placuisti sponso purpureo;
Abiecisse aurum pro dote regia fuit.
Faces de more quinque arsere; quot in te vulnerum notæ.
Ducta non es nuptiali curru;
At in aerem euecta sublimis è terra
Non modo mente, sed corpore;
Adeo nihil te grauauit id, quod constrinxerat, ferrum:
Quot eius catenæ fuere annuli,
Tot sponsus habuit fidei prædas tuæ.
Sed mirum, quod cum esses in amore tam firma,
Nihil habueris corde mobilius.
Hoc ei proprium fuit, subsilire, resilire.
Cum te ferreis captiuam fuisses vinculis,

Cor

Cor tamen impatiens fuit carceris.
Quin etiã sonus saliẽtis auditus est cordis.
Non vacauit chorea virtutũ Amore chorago.
Felix, cui licuit, vel inter spinas habere tripudium.
Sed nihil magis indoluit Venus,
Quàm quòd ipsam ad tuas non admiseris spinas.
Acrius est his compuncta, quia caruit.

SANCTVS ANTONINVS Archiepiscopus Florentinus.

Elogium IX.

Præcox hæc arbor, Antoninus
Pergrata maturitate,
Non expectato Autumno,
Mense Maio protulit poma sua;
Omnem quippe præuenit ætatem,
Qui absque discrimine temporis
In-

Intendebat æternitati.
Virtutem cum lacte exahuriens
Fecit ambiguum,
An in eo differret ab eadẽ virtute Natura.
A. Illi, cui Pater Agricola eſt,
Suorum vbertate pomorum
A puero
Magnæ fuit hilaritati.
B. Natura fuit puſillus,
Maximus animo.
Tantùm ingenio valuit,
Vt omnes fermè ſcientias
Nullo adhibito, didicerit, præceptore;
Niſi degens in terris, è cælis
Didaſcalum, vt erudiretur, habuerit.
Ei nomen erat Antonius;
Dicebatur tamen, vt pumilus, Antoninus.
Quo audito, magnopere lætabatur:
Adeo magnitudinem exhorrebat,
Vt nec vellet illam in nomine retinere.
Corpore igitur minor, & nomine,
Animo ſic excreuit,
Vt gigas inter maximos haberetur.

C. Da-

C. Datus est statura pusillus,
Vt simplicitatis à Christo
Ecclesiæ statueretur in medio ad exẽplar:
Datus est statura pusillus;
Sed in cuius capite Deus affabrè,
Vt in epitome,
Contraxit Orbis Historiam.
Paruus est; at in tantillo
Omnium scientiarũ reperies Bibliothecã.
D. Patre Nicolao, Thomaque Genitrice
MCCCLXXXIX
Vinceslao Imperatore
Nascitur Antoninus Florentiæ;
Vt á patria flores virtutum,
Sortiatur ex matre scientiarum abyssus,
In hostes ab Imperatore, ac Patre
Victorias vel in populum,
Vel in Mundum, carnem, & dæmonem.
Quindecim natus annis
E. Dominicanæ militiæ postulat cooptari.
Gracillimus corpore;
(Etsi referret Dominicum grauitate)
Religioni cum non videretur idoneus,
Ex-

Excluditur à Priore:
Sed quadam vrbanitate.
Aſcribam, ſi commiſeris tuæ
Memoriæ librum Decreti.
Impoſſibilis hypotheſis alijs:
Sed Antonino facillima.

F. Poſt annum diuiniſſimus Mithridates
Mandato libro memoriæ,
Inaſpectato reuertitur ad Priorem.
Hic in puero, atque in paruulo
Magnitudinem admiratus ingenij
Induit habitu.
Ex vngue leonem.
Ex hoc vno Prior indubiè
Ingenitum noſcens ingenium
Senectutẽ collegit mirabilẽ ex crepũdijs.
Vere agricola (tendit,
Erũpentibus gẽmis, grandẽ oliuitatẽ por-
Itaque
Prodigium magnum Naturæ
Vt compleretur á Gratia,
Auſpicatur Religionem.
Obſtupuiſſes pumilum corpore.
Ani-

Animo,& virtute gigantem
Factum ad maxima,
Antonius, Ante Omnia
Studio,humilitate,silentio
Seipsum litauit Deo.
Nouus Abel, etsi non foris,
In claustris.
Siue quòd puritate similis Angelo,
Siue dignus,cui Angelus ministraret,
G. Statim è cælo
Nactus est visibilem Angelum pædagogũ.
Quem Deus vult erudire,
Erudiri
Ab humano non tolerat præceptore.
Hic discenti fuit Magister,
Ægroto medicina, necnon mærẽti solatiũ.
Studijs incumbenti sæpe librum aperuit,
Ingenium semper.
Omnia fuit in omnibus.
H. Vas clureũ lapsum manibus è lotricis
Disrumpitur. Quid noui?
In manibus fæminarum nil tutum.
I. Hic tãgẽte,adhuc frãgitur immortalitas:

Testis Adamus.
Signo crucis, quo lutum
Est instauratum humanum,
Capisterium integrauit.
At ne sibi, qui etiam
K. Nisi ex creta, erat ex limo,
Aliquid tale contingeret,
Illico se subduxit oculis lauatricis:
In cænobium se recepit;
Híc castitas benè tuta.
L. In deserto non timet sibi mulier à draco- (ne.
M. Illinc si absuerit pastor,
Ouiculæ pascunt securæ.
Optimè in cænobium,
N. Quod Notatione de cæno
Nos admoneat esse de cæno.
O. Aufugit naufragium viri,
Fæminam, in clausuram.
Hæc portus est castitatis.
Agni, ne abducantur à lupis,
Sub sera abijciant libertatem.
Cauea in regione miluorum
Est auibus beneficium.

P. *Ha-*

P. *Habemus thesaurũ istũ in vasis fictilibus,*
Castitatem; (hitur.
Mulieri si credidens, labore nullo distra-
Cum fuerit in nullo non maximus,
Incertum est in quo maior esse potuerit.
Q. In consilijs adeo dexter,
Vt communi prædicaretur elogio
Antoninus consiliorum. (singulas,
Disciplinas aptus ad omnes, propensus ad
Inter alia
R. Ab Orbe condito scripsit historiam
Sua vsque ad tempora. (logiæ.
In quatuor partes distinctã Sũmam Theo-
Sermones plurimos;
Trialogum, Confessionalia tria;
S. Functus est officio Prioris
Florentiæ, Fesulis, Senis, Cortonæ,
Neapoli, & Caetæ,
Orbem aptus ad corrigendum.
T. Quo in munere
Amabatur, & timebatur.
Matris referens pietatem
Propinabat ex corde vbera imbecillis;

Vt pater corripiebat viriliter inquietos;
Patiens erat ad omnes.
Ab amplexibus genitricum ad illum
Cateruatim deducebantur puelli,
Qui lætissimi accedebant:
Non enim linquebant vbera; sed mutabãt.
V. Hoc in munere inter alia,
In vilioribus se humiliter exercebat.
Ad exemplum illius, qui discipulis abluit pedes,
Eòusque humillimus se deiecit,
Vt etiam lauaret patinas in coquina,
Et famulis inseruiret.
Auditorem clarissimum Vrbis causarum
Doctorem diceres Orbis,
Nisi quòd passim se fatebatur addiscere.
Exultabat tunc Orbis caput videndo
Se animari tanta intelligentia.
X. Inuitus ab Eugenio IV. creatus
Archiepiscopus Florentinus
Virtuti subiratus est suæ,
Quòd in cella, quæ dicitur à cælando
Nesciuisset Vrbem latere.
Effu-

Effugiſſet: At delectus erat à Deo.
In ſublimiori poſitus ſpecula,
Perſpicaciús aliena, vt tolleret,
Spectare cæpit incommoda.
Eòque cæpit clariùs emicare,
Sublimiùs quò aſcenderat.
Adaugens cum dignitate virtutes,
Annos XIII.
Quos Florentinam rexit Eccleſiam,
Patriam illuſtrauit
Meritis, & prodigijs;
Dignitate Religionem,
Decorèque Dignitatem;
Epiſcopos omnes exemplo.
Ne meliús monachi normam crederes expreſſiſſe,
Quàm Præſulis;
Fuit maximus in vtróque.
Spreuit diuitias omnes
Præter pauperibus erogatas.
His nepotibus deſudabat.
Florentiæ per id tempus
Nulla reperiebatur vidua, nec pupillus:

Patrem in omnibus
Præferebat omnium Antoninus
Ambigeres tamen, an verius
Pater esset, an seruus,
Pater; nam totum se impendebat in filios,
Et famulando nil omittebat, quæ serui.
Y. Canonicum, quem absorbuerat flumen,
E gurgite, nec vestibus madefactis,
Ad ripam educit incolumem.
Ipsamet elementa
Ab Antonino didicerant continentiam.
Adhuc & elementum tam vorax
Docuit abstinentiam,
Vt nondum abstineret á corpore,
Sed nec fimbriam lambendo attingeret indumenti.
De inopibus
Solos, quos ignorauit, nõ aluit, nõ vestiuit.
Et ne aliquando irrita prece rogatus
Egenum dimitteret vacuum,
1. Quadã vice nõ habens, quod largiretur,
Pallium, quod induebat, donauit.
Alter Martinus, & in itinere vterque;
Nisi

Nisi quòd ille, partè sibi retenta lacernæ,
Partem vnam tradidit Christo,
Integram Antoninus.
Hæc vera reputabat palatij ornamenta
Nudos pauperes amicire:
Hæc sua apodisteria
Necessitas orphanorum.
Episcopi elogium est vocalissimum,
Silentium
Vel saturati pauperis, vel induti.
Romam ingrediens, cappa
Eadẽ, quã donauerat, diuinitús reuestitur.
Deo si dederis, fæneraris. (ne;
Fortasse homo diuinitatẽ vestiuit in homi-
Et vice versa, homo vt vestiretur,
Lacernam texuit Deus.
De illa pannus erat textrina,
Ex qua Castissima Mater Dei
Vestes detulit Reginaldo, & Cingulũ A-
quinati.
Neuerat illum Deipara,
Quã Antoninus magnopere cõmendarat.
Tunc primum beatius fuit

 Ac-

Accipere, quàm dedisse;
Nisi quòd dando Deo,
Deum Antoninus habuerit vectigalem.
De cælo
Ex vestibus nactus est nigram,
Siue ad suæ mortificationis encomium,
Siue quòd intimam sibi texuerat albam
Ex candidissimo vellere castitatis.
2. Domum, super quam viderat Angelos habitantes,
Vidit dæmones incolentes.
Elogium est paupertatis
Comitatum mereri Angelicum.
Luxus, & pompa
Præsentissimum habent Infernum.
Cum filiabus abscederat mater
Ad otium á labore,
Ab egestate ad opes.
3. Rustico, qui eum donauerat pomis,
Acceptum benedictione munusculum cõpensauit.
4. Esau, qui totus inhiat terræ,
5. Et edulium præfert sacerdotio statulẽtũ,
De

De rorē cæli non curat.
Triſtis abſcedit:
Non poterat aliter ruſticus. Sperabat ab
Antonino
Pecuniæ ſe aliquid accepturum.
Ruſticanum reuocat Præſul,
Et in ſtatera probauit (dotis.
Vnica benedictio quanti penderet Sacer-
6. In operibus ſterilitatem peroſus
Sterili ſobolem impetrauit,
Theſbites alter,
7. Niſi, quòd ille oleum, & farinam,
8. Hic mel multiplicauit, & oleum ad ſe-
ptennium.
Rectè mel multiplicauit, & oleum:
Natus nam erat
Ad miſericordiā; & amarores pellendos.
Ne integerrima eius vita,
9. Quæ à ſenectute, nō ab infantia cæperat,
Deſineret in ſenectam,
Clariorem fecit in morte
Laboribus, & conſtantia.
Vixit Annos LXX.

De-

Deuixit, Anno MCDLIX.
Sexto nonas Maij
10. Crucifixi cõplexus imaginẽ proferens
Oculi mei semper ad Dominum , &c.
Spiritum reddidit placidissimè.
11. In osculo Domini facto cõcessit Moyses
Benè Crucifixum amplexus spirauit,
Qui semper vixit in cruce.
Proximus morti deuotissimè repetebat:
Seruire Deo, regnare est.
Et illud:
Sãcta, & immaculata Virginitas, quibus &c.
Vt viximus, ita morimur.
12. Stulta est deprecatio impiorum
Obire morte iustorum.
Antoninus in vita sua de Virgine
Semper scripsit, locutus est, cogitauit;
Par erat, vt moriens Virginẽ cõmendaret.
Sancta & immaculata Virginitas &c.
13. Sub morte glorians gloriabatur
Quòd à Deo commendaretur
Virginem castum se Domino exhibere.
Hinc Virginitatis pulchritudinẽ admiratus
Ex-

Exclamat:

Sancta, & immaculata Virginitas &c.

14. Assistente Pio II. summo Pontifice mortuus est:

Non debebat tanta victima offerri cælo,
Supremo sacerdote absente.
Præsente summo Pontifice obiuit;
Vt qui Pontifices docuerat viuere,
Edoceret, & bene mori.
Astitit Pontifex morienti,
Diuina Prouidentia annuente,
15. Vt testis oculatissimus sanctitatis
Illum referret illico inter Sanctos,
16. Qui adhuc agens in viuis,
A Pontifice dictus est Sanctus.
Immortalis vir eo tantum visus est mori,
A nobis quòd auolauit in cælum:
De reliquo in æternum inibi viuit,
Qui vixit simul, & scripsit æternitati.

SCHO-

SCHOLION.

A. Ioan.15.a 1. *Pater meus agricola est* i.

B. Mainardus, Surius, & Alfonsus Villegas in Flos sanctorum.

C. Matth. 8.b.2. *Aduocans Iesus paruulum, & statuit eum in medio eorum* &c.

D. Vincentius Mainardus Procurator Generalis Ord. Præd. Surius, & Alfonsus Villegas. Nicolaus interpretatur Victoria, & Thomas abyssus. Vinceslaus dictus est à vincendo.

E. Authores nuper citati.

F. Mithridates Rex Ponti vi tanta, & animi, & corporis, vt sex iuges equos regeret, duarum, & viginti gentium ore loqueretur. Iustinus.

G. Plures apud nostrũ Altum—murum Ecclesiæ ad annum 1459.

H. Mainardus.

I. Adamus in statu innocentiæ erat immortalis, & incorruptibilis ex parte tantum causæ efficientis, & non *per aliquem im-*

immortalitatis vigorem in eo existentem. Inerat animæ vis quædam supernaturaliter diuinitus data, per quam poterat corpus ab omni corruptione præseruare, quandiu ipsa Deo subiecta mansisset. Verba sunt D. Thomæ 1.p.q.97.art.1.

K. Gen.2. *Formauit Deus hominem de limo terræ.* idest de terra aquæ commista. Ita D. Thomas 1.p.q.91.art.1. Caetanus ibidem, & alij contra Origenistas.

L. Apocalyp.c.12.

M. Luc.15.a 4. *Dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec inueniat eam.* Vbi D. Cyrillus in Catena: *Numquid sauiens in reliquas, motus est pietate vnius? Nequaquam, sunt enim illæ in tuto, circumsepiente illas potentissima dextera.*

N. Notatio, seu Etimologia, latinè nominis interpretatio dicitur. De qua lege in nostris Topicis lib.1.c.5.

O. Mulierem S. Cyrillus Alexandrinus 3.lib.

3.lib. aduersus Iulianum nominat pulchrum malum, & versutiæ organum. Et lib.7.inquit: *Deceptrix res est mulier, & ad decipiendum idonea, Nam inter arma catera, voluptatem habet, qua mens vincitur.* S.August.1.soliloq.c.10. *Nihil esse sentio quòd magis ex arce deijciat animũ virilem, quàm blandimenta fœminea.* & lib.11.de Gen. ad literam cap. 42.Salomonem inquit idolatrasse, Adamumque de ligno prohibito comedisse, ne contristarent vxores. Valentem Imperatorem narrat Theodoretus lib.4. Hist. Eccles.c.12. ab vxore deceptum factum fuisse Arianum. Sic Ostiaria Petrum, futurum Ostium cæli decepit. hinc Origenes lib.2.in Iob. *Diabolus frequenter consueuit loqui ad viros per os mulierum, & subuertere viros per os coniugum, atque ad mala concitare. & mala docere. Sic per Euam ad Adam. & per vxorem eius ad Iob, & per Iezabel ad Achab, & per Herodiadem ad Herodem.* Tandem S. Bernar-

nardus in modo benè viuendi: *Mulier organum satana, & velut Syrena*. de qua re pulchrè cecinit D. Anselmus in carmine de contemptu mundi:

Est nihil in rebus muliere nocentius, & nil,
Quo capiat plures lethifer hostis habet.

Lege Chrysologum serm. 79. & Polyanthea v.mulier.

P. 2. Corinth.c.4.b.7.

Q. Ex Breuiar Dominicano.

R. Ex Alphonso Fernandez in Concertat. Prædic. & alijs. Vide nostrum Altummurum Ecclesiæ anno 1459.

S. Ex Præfatis, Seraphino Rat. & Pio de viris Illustribus Ord.

T. Ita D. Augustinus in Regula: *Corripiat inquietos, consoletur pusillanimes, suscipiat infirmos, patiens sit ad omnes.*

V. Ex Breu. Dominicano, & alijs. Lege nostrum Altummurum Ecclesiæ ad annum 1459.

X. Lege ibidem.

Y. Mainardus, Surius, Villegas, & alij.

2. Au-

1. Authores allegati.
2. Mainardus.
3. Mainardus, Surius.
4. Genesis cap. 27. d. 28. *Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ*. Hæc benedictio Iacob electi est, in qua antefertur *de rore cæli*. In benedictione verò Esau postponitur, & præfertur, & *de pinguedine terræ*; sic enim dictum est eodem cap. f. 39. *In pinguedine terræ & in rore cæli desuper erit benedictio tua*. Ad primum locum spectans Tertullianus lib. 3. in Marc. dixit: *Primò ad cælestia inuitamur cum à seculo auellimur, & ita postea inuenimur etiam terrena consecuturi.*
5. Hæc historia habetur Gen. 25. d. 34. *Accepto pane, & lentis edulio comedit & bibit & abijt paruipendens, quòd primogenita vendidisset.*
6. Mainardus, & Surius.
7. Ex libro primo Reg. c. 17. *Hydria farinæ non defecit, & lecythus olei non est imminutus.*

8. Le-

8. Lege nostrum Altummurum Ecclesiæ ad annum 1459.

9. Ita loquutus est Ciprianus lib. ad Demet. *Nec enim ætas in senectutem desinit; sed incipit à senectute.*

10. Breuiarium Dominicanum, & alij.

11. Deuteron. c. 34. b. 5. *Mortuusque est ibi Moises seruus Domini, in terra Moab iubente Domino.*

12. Num. cap. 23. b. 10. Stultè Balaam precabatur, *Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia.* Quod expēdens Bernardus serm. 21. in Cant. sic derisit eum: *Optabat sibi extrema iustorum, sed non ita & principia. Mortem spiritualium optant sibi etiā carnales, quorum tamen vitam abhorrent, scientes pretiosam mortem esse sanctorū, quoniam cum dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas Domini, & quia beati mortui, qui in Domino moriuntur. Non curant quærere, quem tamen desiderant inuenire; cupientes consequi, sed non sequi.*

13. Ex 2. Corinth. cap. 10. d. 18. & cap. 11. A 1. & 2.

14. Ex Mainardo, Surio, Alphonso Fernandez in concert. Prædicatorũ, & alijs.

15. Summus Pontifex Iulius II. qui interenat exequijs, concessit indulgentias manus sanctissimi viri osculãtibus. Ob id eius Corpus in D. Marci octo dies nõ fuit traditum sepulturæ, vt omnes ad lucrandas indulgẽtias aduenirent. Mainardus, & alij.

16. Ita Marraccius in Bibliot. Mariana: *De quo adhuc in viuis agente, Nicolaus V. Pont. Max. asseruit, non minus Archiepiscopum Florentinorum, in Sanctorum numerum referre existimarem, quàm Bernardinum Senensem mortuum.*

Scripsere de tanto viro Franciscus à Castilione in vita S. Antonini, Leander lib. 3. Lusitanus lib. de B. Seraphinus Rat. Pio de viris Illustr. Ord. Marraccius in Biblioth. Mar. nos in Altomuro Ecclesiæ ad annum 1459. & alij.

D. Ia-

D. Iacobus Salomonius Ord. Præd.

Elogium X.

Maius alijs florum,
Dominicanæ Religioni
Est etiam fructuum mensis:
Protulit enim Ecclesiæ
A. Omnia poma, noua, & vetera;
B. Vetera, quidem Iacobum,
C. Et Antoninum ex nouis.
Itaque mense hoc, (canus
Quo non dum alij vernant, Ordo Domini-
Pergrata maturitate
Sanctorum pomis onustus
Feliciter autumnauit.
Vt tutorem Iacobo se institueret Deus,
D. Puerulum orbauit parente,
Cui nomen erat Adamo:
Annos cælum ademit Patri,
Vt æternitatem deperditam in Adamo,
E. Supplantatori Filio restitueret.
E medio tollitur Adam,

Vt nec criminis superesset,
Vel memoria illa prisca in Filio,
Quem Deus (pio;
F. Antequã quidquã boni faceret à princi-
Adamauerat.
Marchesina quoque eius mater
Aufertur, nisi è viuis,
Per ingressum Religionis, ab eo.
Diuinabo:
Hæc præludia ludi sunt Prouidentiæ,
Quæ in Religionem puerum vt alliciat,
Prius in illam attrahit matrem.
Puelle, quò progreditur Marchesina?
Cui te dulcissimum pignus commisit?
G. *Pater meus, & Mater mea dereliquerũt me,*
Dominus autem assumpsit me.
Orbatus ergo parentibus,
Vt fænix, sed longe illustrior
Ex alieno rogo, non suo
Ad nouam erigitur vitam.
Sicque ad nostri, velut Hebræi,
Summam gloriam conspirarunt,
H. Nisi cæcitas Isaacci,

Or-

Orbitas genitoris,
Et pro acumine matris Rebeccæ
Oculatiſſimum Auiæ magiſterium.
Hæc vna ſuperfuit Orphano,
Quæ ad meliora dirigeret puſionem,
Ioanna.
Hoc erat Auiæ nomen,
Sub qua, vt ſub Macrina Baſilius,
Adeo in litteris, ac pietate profecit,
Vt auorũ cõtraxerit gloriã cũctis illuſtrior.
O impenetrabile diuinæ Prouidentiæ penetrale!
Magnorum Hominum circumſtantiæ
Sunt Oracula futurorum.
I. Sub Ioanna puerulus educatur;
Nempe á primis annis ſub gratia.
Ab Auia cum nobilitate ſanguinis
Cumulatiús traxit, & morum.
Adoleſcentulus,
K. Euangelico accepto conſilio,
Patrimonium diſtraxit in pauperes.
Vnica lectione repente
Ex diſcipulo fit magiſter,

Et quod aure didicerat, manu cæpit deli-
neare.
Et benè graue onus baiulaturus,
Crucem,
Alio pondere respuit prægrauari,
Auro.
Hoc onere degrauatus, pauperrimum ad-
uolat pauper
Ad Christum.
Suffusum pallore tunc aurũ erubuit, cernẽs
Se ab adolescentulo parentibus destitutus
Tanta maturitate contemni.
Nil mirum: Iacobus est Salomonius,
Hoc habens cum Salomone commune,
L. Arbitrari, sub sole quicquid est, vani-
tatem.
Opum facta distractione inopibus,
Videns se amplius non habere,
Quod pauperibus erogaret, ingemuit.
Largiturus, optauisset iterum aurum,
Nisi quod auri non recordari,
Primus gradus sit ad Monasticam.
Non habens amplius quod daret,
De-

Dedit seipsum Religioni.
Non valuit Mundus
M. Vel remorari calcem Iacobo.
Qui vt præcurreret citissimè ad virtutem,
Ordinis Prædicatorum amplectitur instititutum.
Sanguinem supplantauit, & carnem;
Hebraicè verè Iacobus,
Ei Annuente Deipara non Rebecca,
Nisi quod hæc illam, Virginem figurauit.
N. Non bis septem vt alter,
Sed sexaginta sex annos
Ardentissimè pro vtriusque vitæ amplexu
In Ordine inseruiuit.
Non erat onerosa prouincia ei
In cinere, ac cilicio viuere,
Sanguinem, qui ægrè cõtinebatur in venis,
Oculis fundere,
Reddere Dominico se conformem,
Vt se Dominicum Christo.
O. Æternitati laborans in oratione noctes terebat.
Vt in egenos amore

Totum ſuum pectus adimpleretur;
Totū ſui amorem à ſe procul expectorauit.
Sic reciproco quodam amore
Ipſe vnus in pectoribus ſingulorum,
Pectore vnius
Omnes viuebant pauperes in Iacobi.
P. Hinc communi elogio dicebatur
Pater pauperum.
Q. Turpis quidem egeſtas: (nos.
Sed pulcherrima, cū Iacobos habet patro-
Cū pænitentiæ Sacramentū adminiſtraret,
Sæpè columba, illius humeris inſidens,
Roſtro in eius aures immiſſo,
Senſibiliter apparebat.
R. Aduolabat regius ales
Ad regium nidulum cordis,
S. In quo Regina ſapiētia dudū nidificarat.
T. Aduolabat ad lacrymarum fluenta,
Quos ex oculis eliciebant vberrimè
V. Dulciſsimum nomen Ieſu,
Martyrum beatorum,
Et præſertim XI. milliū Virginū cruciatus,
Et acerbiſſima paſſio Redemptoris.
X. Ad

X. Ad pietatem pietas aduolabat;
Y. Ad ſimplicitatem ſimplicitas:
Videlicet ſpiritus Domini ſuper aquas.
Z. Sæuus ales mittebatur, columba;
At tunc ſolúm cum audiret confeſſiones.
Vindex Animal; ſed in crimina.
Tũc mittebatur, vt poſtularet pro ſontibus
1. *Gemitibus inenarrabilibus*.
2. In culpis deflendis, ex ipſius oculis
Lacrymarum fontes ſcatebant.
Gemitus, hæc ſunt munera columbarum.
3. Lilia ſic ſeruntur, lacrYma ſua.
Lilium ſiquidem erat,
Quod nil, niſi lacrymas parit.
Verè Democritus Chriſtianus,
Qui penè tranſegit ſeculum lacrymando.
Fluat ex oculis flumen;
Ne concipiat oculus flammam.
Soluatur in lacrymas igitur;
Ne in cineres reſoluatur.
Plorabat ſemper,
Cui nulla erat materia lacrymarum.
(In vita ſua peccauit numquã lethaliter)
Ita

Ita extinguuntur incendia voluptatis;
Lacrymis.
Cæcus Amor ex oculis vt emergit,
Sic lacrymarum obrutus tempestate
Prope oculos sepelitur.
Quæ ex aquis nascitur maris,
Venus;
In his aquis extinguit faces.
Adeo fleuit, (ces.
Vt per oculos fluxerit spiritus, nõ per fau-
Oculos momento eodem
Lacrymis occlusit,& luci.
Columba ad hæc flumina aduolabat,
Non de genere illo salacium;
Sed puritas ad purissimum.
(Virginitatem perpetuò coluit,& seruauit)
4. Aduolabat trepidans ales, Columba,
Nempe spiritus timoris
5. Ad trementem sermones Dei.
Secreta cordium diuinitus cognoscebat:
Prophetico spiritu clarus.
Quid mirum?
Immittebat rostrum in aures eius Colũba.
Hæc

Hæc ſubminiſtrabat verba,
Quæ loqueretur ad coruos.
XV. Kalendas Decembris ſub niue
Permixta pruinis in horto
Mirabiliter enata repente
Illi hyberna rubuit roſa:
Oportunè quidem:
Officio in perſoluendo diuino
Meditabatur martyrum paſſiones.
Rubuit, inquam, admirabiliter Roſa
Ad ſacrã memoriã Martyrũ, nõ Cyprignæ.
Et meritò illam (mentum
Ad huius cæleſtis apiculæ paſtũ, oblecta-
Spiritus Sanctus effinxit;
Vt inde mel colligeretur, & cera
Ad ſanctitatis ſplendorem,
Ad lenimentum morborum.
Extra tempus creauit illam, Nouembri,
Cui æternitas eſt menſura.
Viri ſancti ſemper ſub Vere:
Semper florent flores virtutum.

6, *Miraculorum gloria illuſtris*
Leproſos mundauit,

Sur-

Surdis auditum, mutis loquelā, gressum claudis reddidit.
Parientibus dolores eripuit,
Narium vlcera sanauit,
Semiuiuam ad vegetā valetudinem reduxit,
Mortuos ad vitam reuocauit,
Omnibus omnia factus
Profusissima beneficentia prabuit exempla.
7. At hæ gratiæ sunt gratis datæ.
8. Hoc laudabilius fuit in eo,
Miracula, quæ patrabat innumera,
Diligentissimè ex humilitate cælare:
Sæpe in extasim raptus
Immobil is subsistebat: (grauit,
Immobilis, quòd totus animus aliò demi-
Ad Deum.
Sæpissimè comitabatur animum corpus
At quoniam exanime, ac graue,
Deficiens in itinere,
Pendulum restabat in aere.
Diceres mutatā elementorum naturam,
Dum grauia ascendebant;
Ignis nō cōburebat, vel declinabat deorsū;
9. Aqua

9. Aqua fluida ipso coram non effluebat;
10. Mulieres, quæ non pepererant,
Sua intercessione vberrimè
Lac ex vbere infantulis propinabant.
11. Romæ Sancti Sebastiani templum
Clausis ianuis penetrauit.
12. Erat in cunctis discipulus Redēptoris;
Qui venerat clausis foribus ad Discipulos.
13. A pueris submersis aqua
In fugam abegit mortem,
14. Vt horum ex ore
Perficeret Deus laudem.
Iacobus, ac Iobus (simus
Purissimo anagrammate tolerātia inuictis-
15. Vlcus grauissimum, quod ipsius pectus assiduè
Corrodebat,
Ita quatuor annos cælauit,
Vt ne minimo quidem dolorem
Gemitu, vel suspirio proderet acerbissimū.
Mirum fecisset id cunctis,
Nisi *Iacobus* esset, *ac Iobus*.
Pectus eius,

Domi-

Domicilium charitatis, ne charitas
In angusto esse cogeretur, disruptum est.
16. Eius in ore vel Deus,
Vel versabantur diuina.
Hoc eructabat ex ore,
Quod abscondebat in corde.
17. Spatio mensium viginti, & octo
Operatus est miracula CCCXXXVIII.
Nisi humilitas obstitisset, tot alia patrauisset;
Vt illa Orbis non caperet.
Siste calamo; non plus vltra.
Scribis enim de illo.
18. Qui cũ perfectionis vltima penetrasset,
Semper anhelans enitebatur *plus vltra*.
Decrepitam ob ætatẽ, assiduamque ægritudinem
Cum non posset verbis populum erudire,
Erudiebat silentio.
At hoc á puero fecerat;
Eloquutus semper ad oculos, nõ ad aures.
Postremò ad hyemem inclinans ætate
Debiti admonuit mortem,
Quæ per octoginta tres annos
Non

Non eſt auſa illum oppetere.
Nam pauida expectarat, Iacobum
Si vel ab vno colligeret verbo mortalem.
Ipſemet igitur mortalitatis impatiens
Senex Naturæ Autori reſtituit,
Puer quod cõmodatũ acceperat á Natura.
19. Cum cæteris fratribus alternis vicibus
Recitans pſalmos
Ad ſuperos euolauit lætiſsimus
Anno Redemptionis MCCCXIV.
20. Sic ſato cedunt olores, cantando.
Moritur anni ſub initio, vere,
Qui Vere ſuæ ætatis obijt Mundo.
21. Vere obiuit; vt Domino
Renouaretur in morte.
Iure æternitate renouandus in cælis,
Moritur vere in terris.
Pridie Kal. Iunij
Vere in Occaſum labente
Vitæ lapſus eſt in occaſum.
Ita ſe in omnibus prætulit lilium,
22. Quod ſerius apparendo
Tunc temporis recolligitur.

Par-

Parcarum recisum falce,

23. Cadauer *dedit odorem suum*:

Et lilia fragrant recisa.

24. Clemens VII. Anno MDXXV.

Iulius III. Anno MDLIV.

Paulus V. Anno MDCXVII.

Gregorius XV. Anno MDCXXII.

Tantam sanctitatem magnificantes

Eius festum instituere.

SCHOLION.

A. Cant. 7. d. 13. *In portis nostris omnia poma: noua, & vetera (dilecte mi) seruaui tibi* Vtitur eadem metaphora Alexander IV. summus Pōtifex dicens: *Cælestis ille agricola, summus auctor fidei præcipuusque protector, sacrum Fratrum Prædicatorum Ordinem, quasi lignum fertile in Ecclesiæ paradiso inseruit, vt delectaret amænitate, vbertate satiaret, & fructuum sua-*

ui-

uitate mulceret. Hoc itaque pretiosum, fecundum, ac dulce lignum, imbre superno irrigatum pulchra, plurima, ac dulcia poma profert quorum odore ac sapore confortantur, & conualescunt debiles, varijsque detenti languoribus liberantur. In hoc vtique vita ligno mortales homines carnis infirmitatibus pragrauati pabulū salutis inueniunt & internam recipiunt sospitatem. Hæc est illa generosa plantatio quæ ramos suos vndique expādens flores plurimos honoris, & honestatis fructusq; vberrimos doctrinæ profert, & virtutis & odorem sanctæ, ac laudabilis conuersationis longè, latèque diffundit. Hic est Ordo &c.

B. Beatus Iacobus petiit cælum anno salutis MCCCXIV. ætatis suæ LXXXIII. Itaque natus est anno MCCXXXI. Habitum nostræ Religionis, in qua sanctissimè vixit annos LXVI. induit anno salutis MCCXLVIII. Fuit igitur ex primis Patribus Ordinis. Ob id rectè: *Vetera quidem Iacobum.*

C *& Antoninum ex nouis*. Mortem enim lætus aſpexit VI. Nonas Maij anno Redemptoris nati MCDLIX. Lege noſtrum Alti murum Eccleſiæ ad Annum 1459.

D. Ex Breuiario Dominicano, Caſtillo p. 2. lib. 1. c. 26. & aliis.

E. Iacob ſupplantator interpretatur.

F. Ad Rom. c. 9. c. 11. *Cum enim nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent &c. Iacob dilexi* &c.

G. Pſalm. 26. c. 10.

H. Gen. c. 27. habetur hæc nota Hiſtoria.

I. Iohanna, & Iohannes, Gratioſus, pius, miſericors.

K. Ex Breu. Dominicano, Caſtillo p. 2. lib. 1. c. 26. & ex aliis.

L. Eccleſiaſtes. c. 1. u. 2. *Vanitas vanitatum, dixit Eccleſiaſtes: vanitas vanitatum, & omnia vanitas*.

M. Gen. 25. d. 25. *Plantam fratris tenebat manu: & idcirco appellauit eum Iacob.*

Facit ad hanc rem illuſtrandam illud Au-

ſo.

sonii dicentis:

Protesilae tibi nomen sic fata dederunt;
Victima quòd Troia prima futurus eras.

N. Gen.cap. 29. c.20. *Seruiuit ergo Iacob pro Rachele septem annis*,

Ibidem d.30. *Seruiens apud eum septem annis alijs*. ————

O. *Æternitati*. Ex Protogenis dicto, qui obiurganti, quòd manum de tabula nesciret dimouere, respondit: *Æternitati pingo*.

P. Ex Breuiario Dominicano.

Q. Ex Virgilio in 6. *Turpis egestas*: Nullum enim tam atrox est scelus, ad quod rerum inopia non impellat. Quare Horatius: *Paupertas impulit audax*. Silius: *Sceleri procliuis egestas*.

Martialis:

Quantum cogit egestas.

Præterea Virgilius:

———— Labor omnia vincit
Improbus, & duris vrgens in rebus egestas.

Meritò inter monstra Inferorum stabula-

 tur.

tur. Claudianus de monstris Inferorū.
Et luxus populator opū, cui semper adhærēs
Infelix humili gressu comitatur egestas.
Multi enim vendiderunt pecunia pudicitiam, famam, patriam, imò vrgente egestate, ipsum quoque Deum negarunt. Turpis quippe egestas. Quid tam sanctum quod inopia non violet? quid tam munitum, quod egestas non labefactet. Hinc Plautinus ille Sycophanta in Trin. *Vide* inquit *egestas quod negotij mali de omine misero? Ego nunc subigor trium nummorum causa, vt has epistolas dicam ab homine me accepisse, quem ego, qui sit homo nescio neq; noui, neq; natus fuerit, nec ne solidè scio.* Facit hìc præclara illa sententia Scipionis, qui rogatus in senatu, vter videretur mittendus in Hispaniam contra Venatum præliaturus, Galbane, an Aurelius? Respondit: *Neutrū mihi placet mitti, quia alter nihil habet, alteri nihil satis est.* Æquè arbitratus est malā, inopiam licentis

centis imperij magistram, & auaritiam facinorum multorum nutricem. Non abs re Tullius, *Duæ sũt res, quæ possũt homines ad turpe compendium commouere, inopia, & auaritia*. Astipulatur his Plato: *Quacumque in Repub. mendicos videris, in eadem necesse est latrones sicarij, manticularij omnium scelerum artifices, omnium malorum architecti delitescant*. Hinc laudandi Reges Hispani, qui omnium ciuitatum, & oppidorum gubernatoribus, alijsq; ministris auxit stipendia, vt ius dicerent liberius, nullaq; corrumperentur pecunia. Turpes siquidem Iudices, qui egestatis causa violant leges, torquent iura, & fas omne abrumpunt. Ergo turpis egestas. Quare commendandi sunt viri Sancti, qui vt retrahant homines á peccatis, eis suppeditant necessaria. Ex his D. Nicolaus Barensis, noster Beatus, & alij.

Summis tamen laudibus efferenda est voluntaria sanctorum paupertas, vt potẽ

diuina virtus, quæ nos reddit ſimillimos Chriſto.

R. Seruius columbam regiam volucrem vocat: quia vt illa numquam volat ſolitaria, ita Rex abſque comitatu ſuorum numquam incedit. Præterea felices rerum euentus Regibus pluries nũciarunt. Auguſtus, Suetonio referente, cap. 94. palmam à ſe repertam, & columbarum nidis frequentatam boni ominis loco duxit. Sic Alexandrum Seuerum futurum Imperatorem aruſpices dixerunt, conſulti quid haberet auſpicij, quod anicula quædam, quo die natus eſt, matri eius pro munere columbam obtulerit. Præterea eadem die, qua natus eſt Diadumenus Macrini filius, Aquila ei palumbum regium paruulum attulit, in cuniſque poſuit dormienti, receſſitque abſque noxa: quod dubio procul eum ab ineunte ætate Imperatorem futurum indicauit. Lege Pierium lib. 22. de columba.

S. Co-

S. Columba ſymbolum gerit hominis ſapientis, naturæque arcana ſtudiosè explorantis: quoniam columba facillimo, & perniciſſimo vtitur volatu. Hinc oculos habere columbæ, vt Canticorũ cantico, ea intelligitur anima, vt tradit Adamantius, quæ diuinas litteras non in ſuperficie, primoribuſque, vt aiunt, labris, ſed ad intimum vſque ſenſum exquirit.

T. Columbæ reſident iuxta riuos, vt vmbra accipitris inſpecta, poſſit eum expeditius declinare.

V. Ex Breuiario Dominic. & ex Caſtillo p. 2. lib. 1. c. 26.

X. Charitatem, amoremque per columbam ſignificari, traditur a Pierio lib. 22 c. de Columba. Origenes citat Apoſtolum, qui de charitate docens colũbam protulerit. Eruditiſſimus etiam Ciprianus in ijs, quæ aduerſus Nouatianum pro vnitate, concordiaque piorũ omnium ſcripſit: Idcirco, ait, & in Columba

venit Spiritus Sanctus: simplex animal, & lætum, non felle amarum, non morsibus sæuum, non vnguium laceratione violentum, cuius est hospitia humana diligere, vnius domus consortium nosse, cum generant, simul filios educare, cum commeant, volatibus inuicem cohærere, communi conuersatione vitam suam degere, oris osculo concordiam pacis agnoscere, circa omnia demum humanitatis omnem implere legem:

Y. Columba bilem non habet, vel si habeat, in vropygio esse tradunt Authores. Ob id est gregalium omnium mansuetissima, & à Mose (vt inquit Philo) est iudicata purissima. Ea propter Dauides abuolandi desiderio succensus, vt sese periculis eximeret, pennas sibi dari cupit columbæ psal. 55. Columbã ponit, non Aquilam, vel accipitrem, longe fortiores, impetuosioresque alites, nempe quia eadem prædita est mansue-

ſuetudine, tractabilitate, atque ſimplicitate, qua Rex ipſe inſigniter præpollebat.

2. Ex Breuiario Dominicano.

1. Ad Rom. cap. 8. e 26. *Ipſe ſpiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.*

2. Ex Breuiario Dominicano.

3. Ita Plinius: *Lilia feruntur lacryma ſua.*

4. Columba præfert ſignum timiditatis: Vnde à Græcis (vt refert Pierius lib. 22. c. de columba) triron, id eſt trepidans appellatur. Et poetæ tam Græci, quam Latini paſſim in pauidis Columbæ comparationem vſurpant, Ita Homerus.

Hæ pauidis greſſu ſimiles abiere columbis.

Ouidius Metamorph.

Sic aquilā fugiunt pēna trepidante columbæ.

Et in primo de Arte.

Vt fugiūt aquilas, timidiſſima turba, colūba:

Huc ſpectat epigramma illud Antipatri, ad quod alluſit doctiſſ. Alciat. embl. 33.

Stipa-

Stipa rint pauidæ timidorum busta columbæ;
Ast ego delector fortibus usque viris.

5. Isai.c.66. a 2. *Ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos.*

6. Omnia hæc ad verbum rescripta sunt ex Breuiario Dominicano.

7. Gratia gratis data non datur, *vt homo ipse per eam iustificetur, sed potius vt ad iustificationem alterius cooperetur.* D. Thomas. 1.2.q. 111. art. 1.

8. Ex Breuiario Dominicano.

9. Cum ægrotaret, è manibus suis cecidit vas aqua plenum: Infirmarius, reperto orificijo vasis deorsum, cognouit nec guttulam aquæ fusam fuisse in terram. Castillo p.2.lib.1.c.29.

10. Ex Castillo p.2.lib. 1.c.30.

11. Ex Breuiario Dominicano Castillo parte 2.lib.1.c.27.

12. Ioannes c.20. d.19. *Et fores essent clausæ &c.*

13. Castillus parte 2.lib.1.c.30.

14. Psalm.

14. Psalm.8.a 3.*Ex ore infantium &c.*
15. Ex Breuiario Dominic. & Castill. p.2.lib.1.c.29.
16. Ex Breuiar. Domin. & Castillo: hinc sæpius illud Hieronymi vsurpabat: *Felix lingua, quæ non nisi de diuinis nouit texere sermonem.*
17. Ex Io: Antonio Flaminio, Castillo p.2.lib.1.cap.30.
18. Alludit ad columnas herculeas, & titulum.
19. Ex Breuiario Dominic. & ex Castil. p.2.lib.1.c.29.
20. Ita naturales, & Ouid.

Sic vbi fata vocant vdis abiectus in herbis
Ad vada Mæandri concinit albus olor.

21. Simili phrasi lusit Abbas Stephanus apud Titelman. in Allegorijs super illud Gen.35 *venit verno tempore*. Sic dicens: *In vere moritur, quæ mundo moritur, & renouatur Deo. Et talis est illa, quæ est Rachel. &c.*
22. Lilium serius apparet: hinc vltimum

Ve-

Veris donum vocatur.

23. Breuiario Domin. *Triduo corpus eius ob aduenientis populi concursum, inhumatum, mirificum odorem spirauit.*

24 Ex Breu. Domin. Ex Castillo parte 2. lib. 1. c. 30. in Annotat. F. Hiacynthi Genuensis.

S. PATRIARCA

DOMINICVS.

Elogium XI.

Dominicus Gusmanius
Magno genere, maiori animo maxima
Sanctitate humillimus.
Austero victu suauis,
Nullo censu ditissimus,
Multa familia solus.
Qui, vt orbem sanctificaret,
A. In matris aluo sanctificatur à Deo.
Fe-

Felix Gusmanius ex Ioanna,
Quæ non immeritò gratia dicitur,
Vt Deo fæneraretur progeniẽ sanctitatis,
Dominicum profert Ecclesiæ,
Hoc est felicitatem ex Gratia.
Felix propago Felicis,
Cui Ecclesia refert acceptam Felicitatem.
Inter felicitatem, & Gratiam
E matris vtero egressus
Ingreditur Ecclesiam Lucifer;
Lucifer quidem Ecclesiæ,
Hesperus Albigensibus,& Lucifero.
Nondum natus in Orbe, Orbi
Natus iam erat
Face,latratu,sidere,prophetia.
Duplici luce prodit in lucem,
Facis, & stellæ
Terras simul illustraturus, & cælos.
B. E sideribus creditur Sirius;
Habet enim,vt iste,canis nomen, & æstus.
Dixi melius Matutinam,
Cum in medio nebularum
Ferat secum diem Ecclesiæ.

Vel

Vel hæc, vel illa, posita in horoscopo
Præsignificat gloriosa.
Ad puerum è cælo labitur stella;
C. Quo ab errore pronunciassem erranteẽ;
Nisi quòd firmamento firmatur in frõtis,
In quo lactea.
D. Sidus est, sed quod Soli
Impertit lumen, Aquino;
Et vicissim ab illo recipit lumen.
Prò! quot sidera hoc vnũ protulit sidus!
Et inter cætera, luminare maius, & minus,
Albertum, & Aquinatem.
Custodi Ecclesiæ vigili
Præter facem è cælis,
Tertius additur oculus, vt custodiat.
E. Non ex delirijs Argus è caula;
Sed è cælesti aula, & Deo
F. Plena sũt custodiẽtia Seraphim oculorũ.
Felix, & prudentissimus Athlas,
Qui, ne obliuiscatur cælestia,
Non humero, vel occipite;
Sed sincipite torquet axem.
Eia, ceu è lineamentis, ab hoc sidere
Au-

Audacter Metoposcopia pronuncia,
Diuinũ hũc pusionẽ ad cælestia inclinari.
Ne vnico prodigio nasceretur prodigium
Orbis, in Orbe;
Sub forma canis cõspicitur.
Vel quòd ab eo mordẽdus erat Infernus;
Vel Orbis custodiendus à lupis;
Vel hæresis laceranda.
Canis est, sed venaticus, pronus
Ad captandas animas efferatas, non feras.
Venans viuificabit populos, non occidet.
Non depopulabitur siluas; sed vrbes.
Catelle, qui ad Virginitatis delitias,
Virginis ad custodiam daris,
Blandire cauda, blandire:
G. Non enim tu micis,
Quæ cadunt de mensa domini nutrieris;
H. Sed vbera suges Mariæ,
Exaturatus in sinu eius quiesces,
Morsibus, & latratu
Candorem eius defendes,
A furibus vindicabis;
I. De latere Christi potabis.
Captandi causa soporis

Se-

Septennis decumbit humi.
At frustra: terra enim
Quæ mortalitatem reuocat ad memoriā,
Homini soporem omnem abrumpit.
L. Luto aperiuntur oculi sapientibus,
Non clauduntur.
Nec è cunis humum progressio
Motus properus fuit in pupulo:
A primo enim natiuitatis exordio
Homines humū trahimur, qua cōstamus.
Et rectè futurus Orbis magister à cunis
Christiane philosophando
M. Petit stratum æternitatis.
Humi, peracto itinere, viatoribus
Æternûm erit denique dormiendum.
Cadente tam electo frumento in terram,
Dominico,
Magna erit messis Ecclesiæ sub æstate.
Nec operarij pauci, quos ipse
Congregabit innumeros ad trituram.
N. Nō in lectulo, vbi à spōsa nō inuenitur,
Sed reptans humo, quæritat Iesum,
Vbi in præsepi genitrix reclinauerat.
Apes

Apes volant circa puerum dormientem:
Cælestes è cælis descenderant,
Vt excubarent Dominico.
Ei ab excubijs erant apiculæ;
His leuioribus armis satis est defendantur
Dulcissima faua sponsæ.
APes Aduolauere,
Lucifer apparuerat Orbi,
Dominicus.
Sic terrestres mel collecturæ;
Q. Quod cæli est sudor, siderum vel saliua,
R. Nascente Phosphero exurgunt.
Fortassis
Volauere de superis ad Rosarium:
Quod è Dominici ore cæperat iã vernare.
Volauere,
Vt ceræ, quas fabricassent, arderent
Ad nati partus splendorem.
Volauere,
Vel ad conuallium lilium, candido,
Quod erumpebat è corculo pusionis.
At non florem; sed paradisum integrũ referebat,
N In

In quo desiderabatur flos nullus,
Cum virtutes omnes haberet
Ad labia volant Dominici.
S. Erant enim (velut Ambrosiana,
Non Pindari, vel Platonis) aptissima mellificio,
Cuius illuminaretur Ecclesia cera;
Et ex melle
T. Suauitatē eloquij spiritus pigmentarius
Ad solamen componeret afflictorum
Melle os illinitur,
Vt inuecturus in malos
Dulcedine attemperaret eloquij
Reprehensionis acerbitatem, & zeli.
V. Cum studiorum causa esset Palentiæ,
In maxima caritate annonæ,
Vt subueniret pauperibus,
Præter suppellectilem vendidit libros.
Quibus in posterum libris
Dominico erat opus,
Qui suo sub capite omnem
Iam concluserat sapientiam?
Ex sua Bibliotheca

Hoc

Hoc tantum retinuit sibi,
Opuſcul um charitatis;
In quo
Non erat inſtans in tempore
Quo profundiori commento
Non diſceret miſereri.
Hæc ſtudia erant Dominico,
Et hi libri.
Saturabat famelicos;
Nuditatem tegebat in alijs;
Alienas calamitates leuabat,
Et libentiſſimè:
Auidus tormentorum auebat
Famem ſorbere totam,& nuditatem.
Non habens,quod daret vltra,
Factus eſt liberalior.
X. Etenim à Saracenis piratis
Redimendi cauſa captiuum,
Expoſuit ſe venalem.
Dignus diſcipulus Chriſti
Qui,vt redimeret populum,
Non recuſauit vænire.
In tam ſolemni emporio

Mercator adfuit nullus ;
Vel quia pretium nullum æquale
Pro tanto viro emendo :
Vel quia rusticus emptor
Pretiosum hoc margaritum
Quanti penderet, ignorabat.
Y. Tantum negotiator, Deus emisset
Hunc omnium rerum dispẽdio vnionem ;
Ex ephebis postquam excessit,
Omnes metas excessit virtutis.
Z. Nesciens stare loco,
1. Vt omnes de cælestibus edoceret,
Hispaniam, Italiam, Galliam
Pedes obibat .
2. Ad quos, velut ad Petri,
Agminatim vndique concurrentes
Deponebant aurum magnates,
Infulas, & coronas.
Sub histellus compressa
Præ gaudio
Graminibus exiccatis culparum, vbique
Mittebat flores virtutum.
3. Sine floribus nunquam sancti.
4. Ad-

4. Adhuc eis Lectus florescit:
Non ex vtroque Cæsar;
Sed Dominicus ex innumeris,
Lingua, calamo, armis,
5. Inuexit in Albigenses;
Et in primis oratione:
His armis certat Ecclesia,
Pietate.
Pius
Hos premit ferro, & perimit,
Qui non flectuntur ad preces.
Vt candorem defenderet Virginis,
6. Pugnabat in Albigenses etiam armis.
Quibus ab albedine solum nomen,
In reliquis nigror, & labes.
Assistebat (vt patrocinaretur) Dominicus Virgini,
Assistebat (vt præualeret defensor) Gusmanio
Deipara Vindicata: 7
His victoria non difficilis;
Certabant enim in tenebras
Luminaria magna cæli;

Dominicus, & Maria ;
Sub tanti Ducis vexillis
Non dedignata est militiam exercere,
7. Quæ in Canticis Canticorum à ſpōſo,
Vt acies ordinata deſcribitur.
8. Nunc rorarij partes in hoſtes,
Quæ mater erat Roſarij,
Nunc agebat ſundibularij.
9. Eſt familiare Hiſpanis, ſub ipſis
Cæleſtia dimicare.
Habebat & exercituū Deum cōmilitonē:
10. Ibi enim agebat ſtationarium,
Qui & militantibus ſibi
11. Suā diuidebat annonā in Euchariſtia:
Vt ſacra Cerere cōfirmati mori nō poſſēt,
Quibus fortium panis ad clypeum
Porrigebatur, & vitam.
12. Sic alter Ioſue, Sāctiſſimus Patriarcha
Symbolo pacis,
Sacerdotū magis clāgoribus, & Roſario,
Strepitu quàm armorum
Extinxit Ierichontinos;
Et ne Albigēſium tantū errores è Gallia,
Sed

Sed omnes ab Orbe eliminaret perenne,
Ordinem fundat.
Orbem vt voluant, adſciſcit intelligẽtias;
Quæ ne mouerentur mouentes,
Extra Orbem vocauit eas.
Socios ſuos inſtar Intelligentiarum doctiſſimos
Poſuit extra Orbem,
Eos cum monuit
Terrena quæque deſpicere,
Cæleſtia inhiare.
Homines igitur mundo ſurripiens
13. Angelos faciebat.
Hoc diſcrimine ab Angelis noſcebantur,
Quòd viuebant vt morituri.
Diſcurrebant Orbe veloces
Vt, quos auri non retardabat grauamen,
Nec rigor ferri flectebat.
Viſo Dominico multiplicato in prole,
Hoſtis, qui iam ſuccubuerat vni,
(Sacrorum Oratorum Parenti)
Victoriam poſthac penitus deſperauit.
14. Adoleſcẽtes, ac rudes induens habitu,
induebat N 4 Ex-

Stiparint pauidæ timidorum busta columbæ;
Ast ego delector fortibus vsque viris.

5. Isai.c.66. a 2. *Ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos.*

6. Omnia hæc ad verbum rescripta sunt ex Breuiario Dominicano,

7. Gratia gratis data non datur, *vt homo ipse per eam iustificetur; sed potius vt ad iustificationem alterius cooperetur.* D. Thomas. 1.2.q. 111.art.1.

8. Ex Breuiario Dominicano.

9. Cum ægrotaret, è manibus suis cecidit vas aqua plenum: Infirmarius, reperto orificijo vasis deorsum, cognouit nec guttulam aquæ fusam fuisse in terram. Castillo p.2.lib.1.c.29.

10. Ex Castillo p.2.lib.1.c.30.

11. Ex Breuiario Dominicano Castillo parte 2.lib.1.c.27.

12. Ioannes c.20. d.19. *Et fores essent clausæ &c.*

13. Castillus parte 2.lib.1.c.30.

14. Psalm.

14. Psalm.8.a 3.*Ex ore infantium &c.*

15. Ex Breuiario Dominic. & Castill. p.2.lib.1.c.29.

16. Ex Breuiar. Domin. & Castillo: hinc sæpius illud Hieronymi vsurpabat: *Felix lingua, quæ non nisi de diuinis nouit texere sermonem.*

17. Ex Io: Antonio Flaminio, Castillo p.2.lib.1.cap.30.

18. Alludit ad columnas herculeas, & titulum.

19. Ex Breuiario Dominic. & ex Castil. p.2.lib.1.c.29.

20. Ita naturales, & Ouid.

Sic vbi fata vocant vdis abiectus in herbis
Ad vada Mæandri concinit albus olor.

21. Simili phrasi lusit Abbas Stephanus apud Titelman. in Allegorijs super illud Gen. 35 *venit verno tempore*. Sic dicens: *In vere moritur, quæ mundo moritur, & renouatur Deo. Et talis est illa, quæ est Rachel. &c.*

22. Lilium serius apparet: hinc vltimum

Ve-

Veris donum vocatur.

23. Breuiario Domin. *Triduo corpus eius ob aduenientis populi concursum, inhumatum, mirificum odorem spirauit.*

24 Ex Breu. Domin. Ex Castillo parte 2. lib. 1. c. 30. in Annotat. F. Hiacynthi Genuensis.

S. PATRIARCA

DOMINICVS.

Elogium XI.

Dominicus Gusmanius
Magno genere, maiori animo maxima
Sanctitate humillimus.
Austero victu suauis,
Nullo censu ditissimus,
Multa familia solus.
Qui, vt orbem sanctificaret,
A. In matris aluo sanctificatur à Deo.

Fe-

Felix Gusmanius ex Ioanna,
Quæ non immeritò gratia dicitur,
Vt Deo fæneraretur progeniē sanctitatis;
Dominicum profert Ecclesiæ,
Hoc est felicitatem ex Gratia.
Felix propago Felicis,
Cui Ecclesia refert acceptam Felicitatem.
Inter felicitatem, & Gratiam
E matris vtero egressus
Ingreditur Ecclesiam Lucifer;
Lucifer quidem Ecclesiæ,
Hesperus Albigensibus,& Lucifero.
Nondum natus in Orbe, Orbi
Natus iam erat
Face,latratu,sidere,prophetia.
Duplici luce prodit in lucem,
Facis, & stellæ
Terras simul illustraturus, & cælos.
B. E sideribus creditur Sirius;
Habet enim,vt iste,canis nomen, & æstus.
Dixi melius Matutinam,
Cum in medio nebularum
Ferat secum diem Ecclesiæ.
Vel

Vel hæc, vel illa, poſita in horoſcopo
Præſignificat glorioſa.
Ad puerum è cælo labitur ſtella;
C. Quo ab errore pronunciaſſem erranté;
Niſi quòd firmamento firmatur in frõtis,
In quo lactea.
D. Sidus eſt, ſed quod Soli
Impertit lumen, Aquino;
Et viciſſim ab illo recipit lumen.
Prò! quot ſidera hoc vnũ protulit ſidus!
Et inter cætera, luminare maius, & minus,
Albertum, & Aquinatem.
Cuſtodi Eccleſiæ vigili
Præter facem è cælis,
Tertius additur oculus, vt cuſtodiat.
E. Non ex delirijs Argus è caula;
Sed è cæleſti aula, & Deo
F. Plena sũt cuſtodiẽtia Seraphim oculorũ.
Felix, & prudentiſſimus Athlas,
Qui, ne obliuiſcatur cæleſtia,
Non humero, vel occipite;
Sed ſincipite torquet axem.
Eia, ceu è lineamentis, ab hoc ſidere
Au-

Audacter Metoposcopia pronuncia,
Diuinũ hũc pusionẽ ad cælestia inclinari.
Ne vnico prodigio nasceretur prodigium
Orbis, in Orbe ;
Sub forma canis cõspicitur.
Vel quòd ab eo mordẽdus erat Infernus;
Vel Orbis custodiendus à lupis ;
Vel hæresis laceranda.
Canis est, sed venaticus, pronus
Ad captandas animas efferatas, non feras.
Venans viuificabit populos, non occidet.
Non depopulabitur siluas; sed vrbes.
Catelle, qui ad Virginitatis delitias,
Virginis ad custodiam daris,
Blandire cauda, blandire:
G. Non enim tu micis,
Quæ cadunt de mensa domini nutrieris;
H. Sed vbera suges Mariæ,
Exaturatus in sinu eius quiesces,
Morsibus, & latratu
Candorem eius defendes,
A furibus vindicabis ;
I. De latere Christi potabis.
Captandi causa soporis

Se-

Septennis decumbit humi.
At frustra: terra enim
Quæ mortalitatem reuocat ad memoriã,
Homini soporem omnem abrumpit.
L. Luto aperiuntur oculi sapientibus,
Non clauduntur.
Nec è cunis humum progressio
Motus properus fuit in pupulo:
A primo enim natiuitatis exordio
Homines humũ trahimur, qua cõstamus.
Et rectè futurus Orbis magister à cunis
Christianè philosophando
M. Petit stratum æternitatis.
Humi, peracto itinere, viatoribus
Æternùm erit denique dormiendum.
Cadente tam electo frumento in terram,
Dominico,
Magna erit messis Ecclesiæ sub æstate.
Nec operarij pauci, quos ipse
Congregabit innumeros ad trituram.
N. Nõ in lectulo, vbi à spõsa nõ inuenitur,
Sed reptans humo, quæritat Iesum,
Vbi in præsepi genitrix reclinauerat.
Apes

Apes volant circa puerum dormientem:
Cæleſtes è cælis deſcenderant,
Vt excubarent Dominico.
Ei ab excubijs erant apiculæ;
His leuioribus armis ſatis eſt defendantur
Dulciſſima faua ſponſæ.
APes Aduolauere,
Lucifer apparuerat Orbi,
Dominicus.
Sic terreſtres mel collecturæ,
Q. Quod cæli eſt ſudor, ſiderum vel ſaliua,
R. Naſcente Phoſphero exurgunt.
Fortaſſis
Volauere de ſuperis ad Roſarium:
Quod è Dominici ore cæperat iã vernare.
Volauere,
Vt ceræ, quas fabricaſſent, arderent
Ad nati partus ſplendorem.
Volauere,
Vel ad conuallium lilium, candido,
Quod erumpebat è corculo puſionis.
At non florem; ſed paradiſum integrũ referebat,

N In

In quo desiderabatur flos nullus,
Cum virtutes omnes haberet
Ad labia volant Dominici.
S. Erant enim (velut Ambrosiana,
Non Pindari, vel Platonis) aptissima mellificio,
Cuius illuminaretur Ecclesia cera;
Et ex melle
T. Suauitatẽ eloquij spiritus pigmentarius
Ad solamen componeret afflictorum
Melle os illinitur,
Vt inuecturus in malos
Dulcedine attemperaret eloquij
Reprehensionis acerbitatem, & zeli.
V. Cum studiorum causa esset Palentiæ,
In maxima caritate annonæ,
Vt subueniret pauperibus,
Præter suppellectilem vendidit libros.
Quibus in posterum libris
Dominico erat opus,
Qui suo sub capite omnem
Iam concluserat sapientiam?
Ex sua Bibliotheca
Hoc

Hoc tantum retinuit sibi,
Opuſculum charitatis;
In quo
Non erat inſtans in tempore
Quo profundiori commento
Non diſceret miſereri.
Hæc ſtudia erant Dominico,
Et hi libri.
Saturabat famelicos;
Nuditatem tegebat in alijs;
Alienas calamitates leuabat,
Et libentiſſimè:
Auidus tormentorum auebat
Famem ſorbere totam,& nuditatem.
Non habens,quod daret vltra,
Factus eſt liberalior.
X. Etenim à Saracenis piratis
Redimendi cauſa captiuum,
Expoſuit ſe venalem.
Dignus diſcipulus Chriſti
Qui,vt redimeret popellum,
Non recuſauit vænire.
In tam ſolemni emporio

Mercator adfuit nullus;
Vel quia pretium nullum æquale
Pro tanto viro emendo:
Vel quia rusticus emptor
Pretiosum hoc margaritum
Quanti penderet, ignorabat.
Y. Tantum negotiator, Deus emisset
Hunc omnium rerum dispēdio vnionem:
Ex ephebis postquam excessit,
Omnes metas excessit virtutis.
Z. Nesciens stare loco,
1. Vt omnes de cælestibus edoceret,
Hispaniam, Italiam, Galliam
Pedes obibat.
2. Ad quos, velut ad Petri,
Agminatim vndique concurrentes
Deponebant aurum magnates,
Infulas, & coronas.
Sub his tellus compressa
Præ gaudio
Graminibus exiccatis culparum, vbique
Mittebat flores virtutum.
3. Sine floribus nunquam sancti.

4. Ad-

4. Adhuc eis Lectus florescit:
Non ex vtroque Cæsar;
Sed Dominicus ex innumeris,
Lingua, calamo, armis,
5. Inuexit in Albigenses;
Et in primis oratione:
His armis certat Ecclesia,
Pietate.
Pius
Hos premit ferro, & perimit,
Qui non flectuntur ad preces.
Vt candorem defenderet Virginis,
6. Pugnabat in Albigenses etiam armis.
Quibus ab albedine solum nomen,
In reliquis nigror, & labes.
Assistebat (vt patrocinaretur) Dominicus Virgini,
Assistebat (vt præualeret defensor) Gusmanio
Deipara Vindicata: 7
His victoria non difficilis;
Certabant enim in tenebras
Luminaria magna cæli;

Dominicus,& Maria;
Sub tanti Ducis vexillis
Non dedignata est militiam exercere,
7. Quæ in Canticis Canticorum à spõso,
Vt acies ordinata describitur.
8. Nunc rorarij partes in hostes,
Quæ mater erat Rosarij,
Nunc agebat fundibularij.
9. Est familiare Hispanis,sub ipsis
Cælestia dimicare.
Habebat & exercituũ Deum cõmilitonẽ:
10. Ibi enim agebat stationarium,
Qui & militantibus sibi
11. Suã diuidebat annonã in Eucharistia:
Vt sacra Cerere cõfirmati mori nõ possẽt,
Quibus fortium panis ad clypeum
Porrigebatur, & vitam.
12. Sic alter Iosue, Sãctissimus Patriarcha
Symbolo pacis,
Sacerdotũ magis clãgoribus,& Rosario,
Strepitu quàm armorum
Extinxit Ierichontinos;
Et ne Albigẽsium tantũ errores è Gallia,
Sed

Sed omnes ab Orbe eliminaret perenne,
Ordinem fundat.
Orbem vt voluant, adſciſcit intelligẽtias;
Quæ ne mouerentur mouentes,
Extra Orbem vocauit eas.
Socios ſuos inſtar Intelligentiarum doctiſſimos
Poſuit extra Orbem,
Eos cum monuit
Terrena quæque deſpicere,
Cæleſtia inhiare.
Homines igitur mundo ſurripiens
13. Angelos faciebat.
Hoc diſcrimine ab Angelis noſcebantur,
Quòd viuebant vt morituri.
Diſcurrebant Orbe veloces
Vt, quos auri non retardabat grauamen,
Nec rigor ferri flectebat.
Viſo Dominico multiplicato in prole,
Hoſtis, qui iam ſuccubuerat vni,
(Sacrorum Oratorum Parenti)
Victoriam poſthac penitus deſperauit.
14. Adoleſcẽtes, ac rudes induens habitu,

Veris donum vocatur.

23. Breuiario Domin. *Triduo corpus eius ob aduenientis populi concursum, inhumatum, mirificum odorem spirauit.*

24 Ex Breu. Domin. Ex Castillo parte 2. lib. 1. c. 30. in Annotat. F. Hiacynthi Genuensis.

S. PATRIARCA

DOMINICVS.

Elogium XI.

Dominicus Gusmanius
Magno genere, maiori animo maxima
Sanctitate humillimus.
Austero victu suauis,
Nullo censu ditissimus,
Multa familia solus.
Qui, vt orbem sanctificaret,
A. In matris aluo sanctificatur à Deo.
Fe-

Felix Gusmanius ex Ioanna,
Quæ non immeritò gratia dicitur,
Vt Deo fæneraretur progeniē sanctitatis,
Dominicum profert Ecclesiæ,
Hoc est felicitatem ex Gratia.
Felix propago Felicis,
Cui Ecclesia refert acceptam Felicitatem.
Inter felicitatem, & Gratiam
E matris vtero egressus
Ingreditur Ecclesiam Lucifer;
Lucifer quidem Ecclesiæ,
Hesperus Albigensibus, & Lucifero.
Nondum natus in Orbe, Orbi
Natus iam erat
Face, latratu, sidere, prophetia.
Duplici luce prodit in lucem,
Facis, & stellæ
Terras simul illustraturus, & cælos.
B. E sideribus creditur Sirius;
Habet enim, vt iste, canis nomen, & æstus.
Dixi melius Matutinam,
Cum in medio nebularum
Ferat secum diem Ecclesiæ.

Vel

Vel hæc, vel illa, posita in horoscopo
Præsignificat gloriosa.
Ad puerum è cælo labitur stella;
C. Quo ab errore pronunciassem erranté;
Nisi quòd firmamento firmatur in frõtis,
In quo lactea.
D. Sidus est, sed quod Soli
Impertit lumen, Aquino;
Et vicissim ab illo recipit lumen.
Prò! quot sidera hoc vnũ protulit sidus!
Et inter cætera, luminare maius, & minus.
Albertum, & Aquinatem.
Custodi Ecclesiæ vigili
Præter facem è cælis,
Tertius additur oculus, vt custodiat.
E. Non ex delirijs Argus è caula;
Sed è cælesti aula, & Deo
F. Plena sũt custodiẽtia Seraphim oculorũ.
Felix, & prudentissimus Athlas,
Qui, ne obliuiscatur cælestia,
Non humero, vel occipite;
Sed sincipite torquet axem.
Eia, ceu è lineamentis, ab hoc sidere
Au-

Audacter Metoposcopia pronuncia,
Diuinū hūc pusionē ad cæleſtia inclinari.
Ne vnico prodigio naſceretur prodigium
Orbis, in Orbe;
Sub forma canis cōſpicitur.
Vel quòd ab eo mordēdus erat Infernus;
Vel Orbis cuſtodiendus à lupis;
Vel hæreſis laceranda.
Canis eſt, ſed venaticus, pronus
Ad captandas animas efferatas, non feras.
Venans viuificabit populos, non occidet.
Non depopulabitur ſiluas; ſed vrbes.
Catelle, qui ad Virginitatis delitias,
Virginis ad cuſtodiam daris,
Blandire cauda, blandire:
G. Non enim tu micis,
Quæ cadunt de menſa domini nutrieris;
H. Sed vbera ſuges Mariæ,
Exaturatus in ſinu eius quieſces,
Morſibus, & latratu
Candorem eius defendes,
A furibus vindicabis;
I. De latere Chriſti potabis.
Captandi cauſa ſoporis

Se-

Apes volant circa puerum dormientem:
Cælestes è cælis descenderant,
Vt excubarent Dominico.
Ei ab excubijs erant apiculæ;
His leuioribus armis satis est defendantur
Dulcissima faua sponsæ.
APes Aduolauere,
Lucifer apparuerat Orbi,
Dominicus.
Sic terrestres mel collecturæ,
Q. Quod cæli est sudor, siderum vel saliua,
R. Nascente Phosphero exurgunt.
Fortassis
Volauere de superis ad Rosarium:
Quod è Dominici ore cæperat iã vernare.
Volauere,
Vt ceræ, quas fabricassent, arderent
Ad nati partus splendorem.
Volauere,
Vel ad conuallium lilium, candido,
Quod erumpebat è corculo pusionis.
At non florem; sed paradisum integrũ referebat,

In quo desiderabatur flos nullus,
Cum virtutes omnes haberet
Ad labia volant Dominici.
S. Erant enim (velut Ambrosiana,
Non Pindari, vel Platonis) aptissima mellificio,
Cuius illuminaretur Ecclesia cera;
Et ex melle
T. Suauitatē eloquij spiritus pigmentarius
Ad solamen componeret afflictorum
Melle os illinitur,
Vt inuecturus in malos
Dulcedine attemperaret eloquij
Reprehensionis acerbitatem, & zeli.
V. Cum studiorum causa esset Palentiæ,
In maxima caritate annonæ,
Vt subueniret pauperibus,
Præter suppellectilem vendidit libros.
Quibus in posterum libris
Dominico erat opus,
Qui suo sub capite omnem
Iam concluserat sapientiam?
Ex sua Bibliotheca
Hoc

Hoc tantum retinuit ſibi,
Opuſculum charitatis;
In quo
Non erat inſtans in tempore
Quo profundiori commento
Non diſceret miſereri.
Hæc ſtudia erant Dominico,
Et hi libri.
Saturabat famelicos;
Nuditatem tegebat in alijs;
Alienas calamitates leuabat,
Et libentiſſimè:
Auidus tormentorum auebat
Famem ſorbere totam,& nuditatem.
Non habens,quod daret vltra,
Factus eſt liberalior.
X. Etenim à Saracenis piratis
Redimendi cauſa captiuum,
Expoſuit ſe venalem.
Dignus diſcipulus Chriſti
Qui,vt redimeret populum,
Non recuſauit vænire.
In tam ſolemni emporio

Mercator adfuit nullus;
Vel quia pretium nullum æquale
Pro tanto viro emendo:
Vel quia rusticus emptor
Pretiosum hoc margaritum
Quanti penderet, ignorabat.
Y. Tantum negotiator, Deus emiset
Hunc omnium rerum dispẽdio vnionem:
Ex ephebis postquam excessit,
Omnes metas excessit virtutis.
Z. Nesciens stare loco,
1. Vt omnes de cælestibus edoceret,
Hispaniam, Italiam, Galliam
Pedes obibat.
2. Ad quos, velut ad Petri,
Agminatim vndique concurrentes
Deponebant aurum magnates,
Insulas, & coronas.
Sub histellus compressa
Præ gaudio
Graminibus exiccatis culparum, vbique
Mittebat flores virtutum.
3. Sine floribus nunquam sancti.

4. Ad-

4. Adhuc eis Lectus florescit:
Non ex vtroque Cæsar;
Sed Dominicus ex innumeris,
Lingua, calamo, armis,
5. Inuexit in Albigenses;
Et in primis oratione:
His armis certat Ecclesia,
Pietate.
Pius
Hos premit ferro, & perimit,
Qui non flectuntur ad preces.
Vt candorem defenderet Virginis,
6. Pugnabat in Albigenses etiam armis.
Quibus ab albedine solum nomen,
In reliquis nigror, & labes.
Assistebat (vt patrocinaretur) Dominicus Virgini,
Assistebat (vt præualeret defensor) Gusmanio
Deipara Vindicata: 7
His victoria non difficilis:
Certabant enim in tenebras
Luminaria magna cæli;

Dominicus,& Maria ;
Sub tanti Ducis vexillis
Non dedignata est militiam exercere,
7. Quæ in Canticis Canticorum à spõso,
Vt acies ordinata describitur.
8. Nunc rorarij partes in hostes,
Quæ mater erat Rosarij,
Nunc agebat fundibularij.
9. Est familiare Hispanis, sub ipsis
Cælestia dimicare.
Habebat & exercituū Deum cõmilitonē:
10. Ibi enim agebat stationarium,
Qui & militantibus sibi
11. Suã diuidebat annonã in Eucharistia:
Vt sacra Cerere cõfirmati mori nõ possēt.
Quibus fortium panis ad clypeum
Porrigebatur, & vitam.
12. Sic alter Iosue, Sãctissimus Patriarcha
Symbolo pacis,
Sacerdotū magis clãgoribus, & Rosario,
Strepitu quàm armorum
Extinxit Ierichontinos;
Et ne Albigēsium tantū errores è Gallia,
Sed

Sed omnes ab Orbe eliminaret perenne,
Ordinem fundat.
Orbem vt voluant, adſciſcit intelligētias;
Quæ ne mouerentur mouentes,
Extra Orbem vocauit eas.
Socios ſuos inſtar Intelligentiarum doctiſſimos
Poſuit extra Orbem,
Eos cum monuit
Terrena quæque deſpicere,
Cæleſtia inhiare.
Homines igitur mundo ſurripiens
13. Angelos faciebat.
Hoc diſcrimine ab Angelis noſcebantur,
Quòd viuebant vt morituri.
Diſcurrebant Orbe veloces
Vt, quos auri non retardabat grauamen,
Nec rigor ferri flectebat.
Viſo Dominico multiplicato in prole,
Hoſtis, qui iam ſuccubuerat vni,
(Sacrorum Oratorum Parenti)
Victoriam poſthac penitus deſperauit.
14. Adoleſcētes, ac rudes induens habitu, induebat

 Ex-

Extemplo (vt pallio suo Helias)
Cum oratoria spiritu, & feruore.
Prodibant hi statim per Orbem
Exactissimi Oratores in opere, & sermone
Ad inuidiam, ad miraculum :
Vt qui eorum pectora transcribebat è suo
Gratiam sanitatum, & operationē virtutū ;
Discretionem spirituum, prophetiam.
Crederes rursus Spiritū Sanctum è Cælo
Linguis igneis depluisse,
Tot audiebantur per Orbem
Ex rudibus Oratores,
Qui à prodigijs homines conuincebant.
Testes sunt
Apud Polonos Hyacinthus,
B. Nicolaus Palea in Apulia,
Iordanis, & Riginaldus, (ri.
Clarus Bononiēsis, Gomezius, & innume-
Sic Regnis dabat magistros,
Magistris eloquium sacrum,
Eloquio charitatem :
Quibus omnibus
Prodigia subscribebant;

Vt

Vt aureum ſeculum reſtitueret,

15. Ablegauit aurum à ſuis .

Ita

16. Quæ exulabat è terris,

Profugam ad terras Aſtræam,

Eliminatis fraudibus, reuocauit .

17. Librum in medias proiectus flammas,

Ab eis

Nil aliud præter ſplendorem accepit.

Ignis ad præconium ſacri Authoris

Alienis non eguit linguis :

Sat fuit

Victorem ſuis Dominicum prædicaſſe,

18. In ſopore Pontifex vigil,

Vidit pingente imaginem ſomno,

Lateranum, quod labebatur.

Adfuere præſto

(Vt collabētē Baſilicā humeris ſuſtētarēt)

Stellifero robuſtiores Athlante,

Dominicus, & Franciſcus.

Suſtinuere facillimè :

Quippe nullius eis ponderis erat Orbis,

Qui aurum illinc ſubduxerant, & argentū.

Licet preſſi pondere Crucis,
Suſtinuere : nam eis
19. Iugum Chriſti erat ſuaue, & onus leue.
20. Romæ ſcripturas exponere iuſſus
In veritatis Vrbe magiſtra,
Orbis capiti linguam reſtituit;
Roſtris Paulos;
Gymnaſiis Auguſtinos;
Monaſterijs diſciplinam;
Depoſito ſeruatorem;
Apoſtolos rediuiuos Eccleſiæ.
21. Mortuos, quot & Ieſus,
Romæ tres reuocauit ad vitam.
Quid ille non ſupra hominem
In Vrbe, ac alibi geſſit?
22. Lapillos vertit in aurum
23. Lumbricum in vnionem;
Mox gemmam reddit in vermem. (cus.
24. Quod nequiuit Midas, fecit Domini-
25. Deſinat Pharao admirari, à Moyſe
Virgam in anguem verſam:
Vtrumque in lance prodigiũ appẽdatur;
Illud eſt pretium ligni,
Hoc

Hoc gemmæ.
26. Vinum accepit è cælo;
27. Hoc, & Panem multiplicauit;
28. Benè conſcius futurorum,
29. Arcana cordis agnouit.
30. Viderat dudum cuncta in verbo.
31. Docuit obedientiam dæmones:
Infirmitates iuſſit excedere;
Paruerunt.
32. Dominico adeunti templa vltrò
Recludebantur,
Vel ianuis clauſis intrabat:
33. Obtinuerat dotes in via.
34. Sæpè comitati ſunt Angeli gradiētem:
35. Annonam ſuſcepit è cælo,
Vbi ſua conſtituerat Prontuaria:
Ad eius imperium
36. Ex flammis libri, ex aquis
Exiliuerunt illæſi.
(Vt paucis abſoluam)
Clementis naturam rapuit, vel mutauit.
37. Oraſſe Dominici fuit imperauiſſe Na-
Cum Romæ funderet preces, (turæ.
38. Pro-

38. Proiecit Sathan lapidem in orantem.
Diabolus, tametsi hostis,
Sãctissimo eius eloquio dedit suffragium.
Vel oranti, licet coactus
Ad perpetuam viri memoriam
Incolumnam marmor excidit.
Saxum excepit Dominicus, & seruauit;
Labentes reparaturus muros Ecclesiæ
Phanum igitur Lateranense (rauit.
Hac arte diuinissimus cæmẽtarius instau-
39. Non sibi; sed suis, & Petro;
Et quibus Deus, & Dies.
40. Ita positus inter lapides
Veteri more Dominicus
Alter planè Mercurius habebatur:
Mercurium quidem crederes eloquentia,
Nisi quòd cum sit Lucifer,
Mercurium infra se habet,
Semper fixus æternitati.
Nihil tamen Dominico
Commune fuit cum Venere;
Præter sideris claritatem.
41. Draconi, quẽ Dominus ad illudẽdũ ei formauit, Do-

Dominicus, sæpe illusit.
Hic cum non potuisset Dominico
42. Sua Serpentis calliditate obesse,
Induit vulpis.
At stultè:
Canis est vulpes, (insectari.
43. Quæ demoliuntur vineā Dei Sabaoth,
Alia vice diabolus,
Vt risum, qui in monacho, est blasphemia,
Excitaret,
44. Se in simiam transformauit:
Luit supplicium nebulo.
Vt tenebris destinatus
Lumen suppeditaret scribenti.
Ab Hæretico
Ductus inter asperrima
Nihil asperius habuit, quam se sibi.
Syluas inter vmbrosas
Redditi pedes vepribus oculati
Viam, quam optauerant, inuenerunt.
Spinas.
Cantu
Lætitiam pectoris testabatur.

For-

Fortasse
Suæ cantabat Epicenium patientiæ:
Nudo incedebat pede per vepres
Suo cruore sanctificaturus asperrima.
Præripuit pes capiti spinas,
Cætera diceres Christum.
Vidisses in eo & vulnera,
Si videre cor licuisset.
Ad pectoris sui ardorem
Arsisset nemus:
At incendia
E multiplici vulnere pedum
Sanguis profluens restinguebat.
Putauit ductor dolosus
Dumetis retardaturum euntem:
Sed moræ non erant aculei festinanti;
Sed calcar.
Si calcaribus eguisset,
Qui dudum metam attigerat charitatis.
Non sentiebant pedes aculeos,
Cuius animus morabatur totus in capite.
47. Signo crucis obedit pluuia.
Pluuia, est Astrorum,

Ad-

Adducere, vel ſedare.

49. Maximã lacrymarũ vim aſſiduè profundebat.

Ritè reſoluebatur in lacrymas,
Qui carnis horrebat incendia.
Extinguebat oculo ignes,
Quos non conceperat corde.
Flebat ſēper, qui nō habebat quod fleret.
Qui legerat Epuloni denegatam guttulam aquæ,
Ne in æternum ipſe ſitiret,
Sibi parabat flumina lacrymarum.
Totus Dominicus in lacrymas ſoluebatur
Ne ſoluerentur in cineres peccatores.
Fæneratus lacrymas ſontibus,
In lacrymis
Riſum fecit perpetuum cælo;
Alijs claudentibus oculos luci,
Sedens in tenebris mæſtus
Suos lacrymis recludebat.
Ciebat ab imis viſceribus fletus;
Si poſſet hoc rore
Impuras flammas extinguere peccatorũ!

Nec

Nec frustra lacrymæ oculis effluebant;
His lilia irrigantur, & nutriuntur,
50. Flebat in primis in sacrificio Missæ;
51. Nempe martyrij cupidissimus in memoria Passionis.
Claritatem sui sanguinis vt ostenderet;
Tunc maximè vnà cum Christo Rege
Illum effundere ardentissimè cupiebat.
At cum ei è vulnere non daretur
Martyrio prosilire,
In lacrymas resolutus
Assiduè manabat ex oculis.
Eliquabat oculos,
Vt filios suos redderet oculatos.
In se se inuehebat Dominicus (tuũ
A cælesti militiæ Duce, Domino exerci-
Purpura non donari, quam suo
Sanguine candidissimo purpurasset.
52. Ita Rachel suis illacrymabat pignoribus
Quòd sanguine sibi purpurã nõ tinxissent.
Et ne passionis memoria
Sibi excideret à memoria,
Illam

Illam se se characteribus cubitalibus
Ferrea quadam catena
53. Ter exarabat in die.
Ter se flagellabat in die, vt per vulnera
Foras anima egrederetur ad mortem.
At animæ grandiori quævis ad exitum plaga
Inueniebatur angustior.
54. Cellam (at hanc propriam non habebat)
Conuentus, quos incolebat,
55. Vulcani non fabulosas diceres officinas,
Tot vndequaque assiduè ictibus resonabant.
His non Brontes, Steropes, & Pyracmon
Super incudem in Lemno;
Sed sibi terga cædentes ad aras
Non malleis, sed catenis,
Vsi lacrymis pro aspergine,
Cudebant arma in hostes,
56. Mille Clypeos pro Ecclesia.
Tot enim pendent ex ea;

Hæc ſunt fulmina in filios terræ,
In ſchiſmaticos,& hæreticos.
Nō remittitur ſitis gutturis,ſed accēditur.
Sub tot,tantiſque ſupplicijs in Dominico,
Magis,ac magis ſitis intendebatur.
57. Nunc membratim ſecari in fruſtra,
Nunc oculos erui ſibi, (bat.
Nūc ſibi linguā euelli radicitus exopta-
At quis latraſſet in lupos?
O quàm perniciosum, ac noxium
Eſſet tunc paſſa ſilentium noſtra fides!
58. Gaude fidei columen, Euangelij tuba,
Orbis ocule, Vrbis oraculum
Chriſti lucerna, Præcurſor alter,
Sacrorū theologorū genitor,& magiſter;
Ac magne animarum æconome gaude:
Præſtabis ſanguinem filijs,non carnifici:
Illum fundens ex vbere,non ex vulnere.
Cum totus ſis aliorum,
Aris ne offeras,quæ non tua.
Si ad martyrium traheteris,vt optas;
Ad necem,
In te vno rapies cunctos.
Viue

Viue non futurus, sed facturus martyres, viue.
Indiget Orbis nō martyre, sed Dominico.
Nec Fides
Minus atramēto, quā sanguine illustratur.
Calamo indigemus, non palma;
Cum in te solo tot palmas annumeramus, quot verba.
Gaude, Dominice, gaude:
Habes quod optas, & abundantius habes.
Cupiditas hæc martyrij
In te
Genus mortis est atrocissimum,
Martyrium exoptabas, factus es plusquā martyr.
Nec eris semel, sed millies millies martyr.
Gloriare Imperatorum germen, & Regū,
Sanctorum fili, & alumne,
Nepos sanctissimi Præsulis,
Antonij frater, & Mannes,
Hoc est virorum præcellentiū sanctitate,
Dominice Gloriare.
Quidquid rogasti Deum,

Te impetrasse à Deo:
Impetrasti in fame,& siti,
In frigore,& nuditate,
In silentio,& verberibus,
In lectulo, in vigilijs,
In oratione,in studio,in itinere
Martyria,non martyrium.
Quòd si gladio cupias cædi,
Repete ab his corporis;
Vt iterum rediuiuus, iterum possis mori.
Tũc iterum martyr fies, qui toties obijsti.
Aliàs immolatus non poteris immolari.
Nihil petiuit à Deo,quod à Deo non impetrasset.
Nec Deus vicissim quicquam petijt à Dominico,
Quod Dominicus non compleſſet.
Quinimò Vir Dei, Dei
Præuenisset petitiones;
59. Nisi quòd semper incipiens Deus
Semper cunctorum præueniat actiones.
Tandem vt splendentissimus Lucifer
Errorum nocte discussa,
Lu-

Lustrauit lucis curriculo
Galliam, & Iberos.
Ibi post infinita dicta, vel operata
Gloriosissimè, sanctissimè, illustrissimè,
Orbem in alium ascensurus
Ex Gallia Bononiæ occidit:
Bononia cælo exortus
Felicitatem, qua suos viuẽdo donauerat,
Non abstulit obeundo, sed auxit.

60. *Quò proficiscor vtilior vobis ero.*

Adulta Religione, otiosum viuere repu-
tauit,
Quando tot Dominicos relinquebat,
Quot fratres Dominicanos.
In itinere lethali morbo corripitur,
Qui vixerat vt viator.
Ita & luminaria cæli
Orbem cum perambulant, eclypsantur.
Nullus apparuit pallor in ore;
Quia nullus metus erat in corde.
Non expalluit moriturus
Quòd non caloris moriebatur defectu,
Sed charitatis excessu.

Die Veneris, qua & Christus obiuit.
Vt cuius vitæ sequutus erat exempla,
Imitaretur & mortis.
Mortuus est die Veneris,
Cui semper obstitit viuens;
VIII. Idus Augusti Anno MCCXXI. petijt cælum,
Tunc Syrius regnat & ibi.
Ætatis suæ LI.
Anno quidem non climaterico
Mortis, & pænæ;
Sed perpetuæ indulgentiæ, qui dicitur Iubilæus.
Iubilat enim cum Domino
Dominicus in æternum.
Ad pedes Fratrũ, vt cõstituerat, sepelitur.
Viro de tota Christiana Republica,
Ac de Orbe optimè merito
Nullum lapidem posuere;
Quód granditatem gestorum
Neque artifex posset sculpere,
Neque statuæ continere.
Postremò Anno Redẽptionis MDXXX.
Vt restitueretur fama Æternitati
Ad-

Admirabile monumentum
Pinxit (vt par erat) Deus in cælo,
Mater posuit Suriani.

SCHOLION.

A. Ita S. Antoninus asserens S. Dominicum in matris vtero sanctificatū à Deo.

B. Syrius stella est, qui Procyon, canis minor, vel Anticantis dicitur. Latini caniculum vocant, vnde dicti sunt dies caniculares. Quidam fabulati sunt canem fuisse, quæ Europæ cum dracone custos data est, quam postea minos accepit. Eandem postea ob medicinæ causam Procridi dono datam, quem postea Cephalus possedit vir Procridis, qui eam ad Thebas duxit ad Vulpem Thebanorum agros infestantem, cui Cani datum erat, ne ab vllo posset interfici, itemque Vulpi. Iuppiter verò Vulpem in lapidem conuertit, Ca-

nemque inter astra collocauit. Alij dicunt, quòd cum hominibus stellæ relinquerent locum, missus est legatus Canis ad Doloram, quam, vt vidit, adamauit. Qui cum amore flagraret, neque illa frui posset, in dies asperius vrebatur, calamitate accepta, Deos adiutores inuocare cæpit. Tunc Aquilo suos filios misit adolescentes, qui operam Cani traderent; & ipse flatu suo Canis ardorem sedauit; qui flatus Etesiæ dicitur: amoris veró memoria remansit.

C. Stellæ errantes septem sunt, Saturnus, Iuppiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, & Luna. Reliqua verò sidera sunt in Firmamento, in quó & Lactea.

D. Cuncta sidera mutuantur lumen à Sole.

E. Argus panoptis à Græcis cognominatus, quòd totus oculis scateret, quem Poetæ fabulantur à Iunone constitutũ fuisse custodem Ius Inachi filiæ, quam

Iup-

Iuppiter in Iuuencæ formam commutauerat. Hunc postea Mercurius Iouis iussu interfecit. Lege Ouidium lib. 1.

F. Apoc. 4. c. 6. *Animalia plena oculis ante &c.*

G. Matth. 15. c. 27. *Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum.*

H. B. Alanus p. 2. cap. 3. histor. num. 4. *Et aperti castissimi pectoris uberibus appressum lacte suo potauit, integrèque restituit.* Nam diuerberando seipsum rubis, ac sentibus ob nimiam lassitudinē corruerat semianimis. Eadem misericordia Mater Dei dignata est S. Catharinam Senensem, ac B. Hericum Susonem. Mag. Paulus Carac. in triumpho S. Dominici; Gauast. lib. 2. cap. 3. Sur. cap. 20.

I. Refertur in nostra Aquila stellifera stella 12.

K. Vincentius lib. 29. c. 94. Spe[illegible]
Cum esset adhuc puerulus [illegible]

tricis diligentia segregatus, deprehensus est sapè lectum dimittere, quasi iam carnis delicias abhorreret, & eligebat potius ad terram decumbere.

L. Ioan.9.c.15. *Lutum mihi posuit super oculos, & laui, & video.*

M. Eccles. 12. b. 5. *Ibit homo in domum aeternitatis suae.*

N. Cantic. 3.a.1. *In lectulo meo per noctes quaesiui quem diligit anima mea, quaesiui illum, & non inueni.*

O. Luc.2.a.7. *Reclinauit eum in praesepio.*

P. Theodoricus: *Cumque iaceret aliquãdo in cunis, examen apum circa os eius volitans, linguam eius diuina sapientiae melle affluituram indicabat.* Eadem habet Villegas in vita S. Dominici.

Q. Ita Plinius: *Siue ille est cali sudor, siue siderum saliua.*

R. Virg.4.lib.Georgic.

Mane ruunt portis: nusquam mora ——

Lege [illegible] nostro Melchised. oct. 1. lect. 2.

[illegible] de S. Ambrosio haec narrat:

In-

Infans in area Pratorij in cuna positus cum dormiret aperto ore, subito examen apum adueniens faciem eius, atque ora compleuit; ita vt ingrediendi in os, egrediendique vices frequentaret. &c.

Idem refert Pausanias in Bæticis lib. 9. de Pindaro. Cicero lib. 1. de Diuinatione, Plinius lib. 11. c. 17. Plutarchus in Platone, & alij de Platone, hæc eadẽ retulerunt; Iustinus lib. 23. de Hierone Siciliæ Rege, ac demum Lilius Giraldus dialogo 1. de Poetis id tradidit de Lucano poeta eruditissimo.

T. Cant. 3. c. 6. *Et vniuersi pulueris pigmẽtarij.* Et Cant. 5: c. 13. *Sicut areola aromatum consita à pigmentarijs.*

V. Palentia vrbis Hispaniæ clara. Palentiam olim in Vacceis appellant Ptolomæus lib. 2. c. 6. Plinius lib. 3. c. 3. At Strabo lib. 3. Pallantiam Areuacis attribuit, qui sunt Vacceis finitimi. Cũ ibi sanctus puer litteris incumberet, fame præualida Hispanias vexante,

di-

distraxit libros, vt pauperibus subueniret. Ita S. Antoninus 3. p. histor. titulo 23.c.4.§.1.Garzo, Flaminius Castillus, Maluēda anno 1184. & alij.

X. S. Dominicus se pro redimendo captiuo vendēdum obtulit. Ita Vincentius lib.29.Speculi cap. 104. Theodoricus lib.4.c.5.S. Antoninus 3.p.tit.23.c.4.§.2.Garzo, Flaminius, Olmeda, Castillus, Maluēda ad Ann. 1200.& alij. Idem refertur de S. Paulino Nolano Episcopo in Romano Martyrolog.22. Iunij. Consule Vranium rerum S. Paulini vetustum, & fidum Auctorem, S. Gregorium Dialago 3.c. 1. S. Eulogium martyrem Cordubensem in documento Martyriali ad Floram,& Mariam, nec non Notas ad Martyrolog. 22.Iunij,& tom.5. Annalium ann. 431. & appendicem vltimam ad tom. 10.

Y. Matt. 13. *Vendidit omnia, quæ habuit, & emit eam.*

Z. Ita Lucanus lib. 1.

Ne-

———————— Nescia virtus
Stare loco ———————— ————

Et Virgilius de generoso equo loquens, inquit:

Stare loco nescit. ————————

1. Ex eius vita apud Maluendam, & alios.
2. Act.4.g.35. *Quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant vendentes, afferebant pratia eorum, quę vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum.*
3. Psalm.91.c.13. *In atrijs domus Dei nostri florebant.* Et Eccles.39.6.19. *Florete flores.*
4. Cant.1.d.15. *Lectulus noster floridus.*
5. De Albigensium, siue Albigensium hæresi scripserunt Cæsarius monacus Cisterfiensis Dialogo 5. c.21. Robertus Abbas de Monte in Appendice ad Sigebertum, & alij. Fuit damnata hæc hæresis ab Alexandro Papa in Concil. Gener. 300. Episcop. Consule Maluendam ad annum 1179. Vuilhelmum Tyrium, & alios. Aduersus hanc pu-

pugnauit S. Dominicus oratione, ac armis. Ea de causa sanctissimum Rosarium instituit. Et Virgo mater contra infestos hæreticos dimicauit, in quo prælio Petrus I. Rex Aragonum occubuit cum 100000. hæreticis, quibus fauebat. Ita Petrus Monacus de Valle Serrarij in Historia Albigensium à cap. 125. vsque ad 129. Consentiunt Compendium Belli Albigēsium, Annales Franciæ ab Æmilio conditi lib. 6. Hispanici Marianæ lib. 12. c. 2. Bernardus Guido, Tolosanus Inquisitor in Historia Romanorum Pontificum, quam Beuterus, & Surita mauscriptam habuerunt. Item Vincentius Bellouacensis lib. 30. Speculi Histor. c. 9. S. Antoninus 3. p. histor. tit. 19. c. 1. §. 5. Matthæus Paris, in Historia Anglicana anno 1213. Guilielmus de Nangis lib. 8. Philippidos, Maluenda ad annum 1213. & alij.

6. Hæreses Albigensium referuntur à

Mal.

Maluenda ad annum 1205.

7. Cant.6.a 3. *Terribilis vt castrorum acies ordinata*, & ibidem c.9. *Terribilis vt castrorum acies ordinata*.

8. Rorarij leuis armaturæ milites, qui antequam acies congrederentur, fundis, & lapidibus pugnæ præludebant; Funditbularij, idē quod fundiores, qui funda dimicant.

9. Carolus V. Imperat. victo captoque ad Albim Saxoniæ Duce Io: Friderico, exclamauit; Veni, vidi, Deus vicit. Ægid. Corrozetus de Dictis, & Factis memorabilibus. Victoriam Hispanorum de Mauris anno 1212: 17. Kalendis Augusti lege apud Rudericum Tolosanum Archiepiscopum lib.8. de rebus Hisp. apud Constantinum Caetanum, Ioannem Vasæum in Chronico, Annales Aragoniæ lib. 2.c.60. Hispanicos Marianæ lib. 1. c. 23. & Maluenda ad annum 1212.c.2. Interfuere certamini Alphonsus Rex Castellæ,

Pe-

Petrus Aragoniæ Rex, Sancius Rex Nauarræ. Noſtris prælìantibus crucis Dominicæ ſignum vario colore in aere cernebatur. Rurſus Hiſpani meritis SS. Vincentij mart. & Iacobi Apoſt. Victoriam de Saracenis obtinent anno 1217.7.Kalend.Octobris. Candidiſſima acies cruces rubeas in pectore gerens, Saracenos in fugam conuertit. Mariana lib.12.c.6.

10. Stationarii milites dicuntur, quibus cuſtodiæ, aut præſidii gratia ſtatio aſſignata eſt.

11. Otto Germanorum Rex contra Pannonios dimicaturus, ſacra communione cum ſuis armatus, victoriam reportauit. Calatus Michaelis Imperatoris Præfectus Meſſanæ in Saracenos irrũpens, magnum eorum numerum interfecit, ſuperſtites in fugam conuertit: quia primo mane Miſſæ ſacrificium offerri, ac religiosè Euchariſtiæ clypeo milites iuſſit muniri. Angli contra Gal-

Gallos præliaturi, ad confeſſionem, & ſacram communionem recurrunt, & victores euadunt. Idem conſueuit cum ſuis peragere ſanctiſſimus Patriarca.

12. Ioſue c. 6. c. 20. *Clangentibus tubis, poſtquam in aures multitudinis vox ſonituſque increpuit, muri illico corruerunt.*

13. Matth. 26. *Erunt ſicut Angeli Dei in cælo.* Imò Hieronymus epiſt. 2. *Filius Dei ſuper terram, nouam ſibi inſtituit familiam, vt qui ab Angelis adorabatur in cælo, haberet Angelos in terris, ſcilicet Angelos.*

14. F. Ioannes Hiſpanus. *Deo plurimum fidens ex ſuis, etiam ſimplices & indoctos hac de cauſa nempe ſalutis animarum, cuius ſumma cura illi erat ad concionandum mittebat, dicens: Bono eſtote animo, & ſine metu ite: quia vobiſcum Dominus erit, & verba vobis miniſtrabit, nec deeſſe quidquam ſinet. Ibant igitur, & ſicut prædixerat, illis eueniebat.* Eadē Stephanus Salanachus, Flaminius,

Maluenda ad annum 1217. cap. 8. & alii.

15. Possessiones,& redditus in primo capitulo Generali Ordo Prædicatorum respuit. Theodoricus lib.4.c.1. Chronicon Humberti, Vincétius Bellou. in specul.Hist.lib. 30. cap. 66. S. Antoninus,Garzo,Castillus, Maluenda ad annum 1220. & alii. Qua verò ratione postea introductæ fuerunt, lege apud citatos Authores.

16. Astræa Astræi,& Auroræ, siue (vt alii malunt) Iouis,& Themidos filia, Iustitiæ Antistita, quam Poetæ fabulantur aureo illo seculo è cælo in terras migrasse,& tandem mortalium sceleribus offensam cælum repetiuisse. Ouid. 1. Metamorph.

Vltima cælestum terras Astræa reliquit.

17. S.Dominicus librum in ignem inijcit, & illesus inde egreditur. Ita Vincentius lib.29.Speculi cap.96.Theodoricus lib.1.c.6.S.Antoninus,& alii.

18. Hanc

18. Hanc mirabilem visionem de ruina Lateranensis Ecclesiæ, quam S. Dominicus, & Franciscus sustentauerunt, narrant Vincentius lib. 30. Speculi cap. 65. Martinus Polonus lib. 4. Cronici in Honorio III. Ptolomæus Lucensis lib. Histor. scholasticæ &, plures alii apud Maluendam ad annum 1215. cap. 27.

19. Matth. 11. d. 30. *Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.*

20. S. Dominicus ab Honorio III. primus Magister sacri Palatij Apostolici creatur. Ita Flaminius, Iacobus susatus in Chronico, Sebastianus de Olmeda in Cronico Ordinis, Antonius Senensis, Raphael Volaterranus lib. 21. Antropologiæ, & alii.

21. Romæ tres mortuos reuocauit ad vitam. Consule Aquilam nostram Stelliferam stella 13.

22. Refertur à Vincentio lib. 30. c. 74. S. Antonino, Maluenda ad annum 1211. c. 4.

23. Rem narrant Theodoricus lib. 2. c. 14. S. Antoninus 3. p. histor. tit. 23. c. 4. §. 10. & alii.

24. Midas Gordij bubulci filius, Rex Phrygum à Baccho petiit, vt quicquid corpore contigisset, in aurum verteretur: quod annuente Baccho, factum est. Sed cum cibus, & potus contacti etiam in aurum verterentur, sensit tandem stolidus se stultè petiisse, & facti pœnitens orauit Baechum, vt hoc munus auferret: tum Bacchus iussit, vt in Pactolo flumine se lauaret, & sic liberaretur. Quod cum fecisset, cæpit deinceps Pactolus aureas arenas trahere.

25. Exod. 4. 2 3. *Proiecit, & versa est in colubrum.*

26. Theodoricus, S. Antoninus, Maluenda ad annum 1218. c. 5. & alii hoc miraculum retulerunt.

27. Consule Maluēdam ad annum 1218. c. 7. & nostram Aquilam Stelliferam stella 8.

28. Præ-

28. Prædixit duorum fratrum mortem Fr. Gregorii, & Fr. Alberti. Hæc S. Antoninus 3 p. Histor. tit. 23. c. 4. §. 8. Vincentius lib. 3. Speculi Histor. c. 77. & alii. Innumera alia prædixit. Lege Maluendam, & Theodoricum.

29. Cordium arcana sæpè vidisse testatur Flaminius apud Maluendam anno 1219. cap. 28.

30. S. Antoninus 3. p. Hist. tit. 23. c. 1. §. 1. hæc refert: *Quidam Magister Ordinis Minorum, qui composuit librum magnum de B. Dominico, valdè magistralem dicit, quod in dicta visione posses dici scholasticè, non assertiuè tunc Dominicum vidisse Deum per essentiam, vt Paulus in raptu.* Hoc non retuli, vt verum. Cum hoc tãtúm concessum fuerit Moysi, & Paulo Apostolo viatoribus. Ita ex S. Augustino S. Thomas. De qua re videndi Theologi 1. p. q. 12. art. 11. ad 2. & 2. 2. q. 174. art. 4. & q. 175. art. 3.

De sacra Deipara aliquando ipsam in-

hac vita vidisse Deum per essentiã multi probabiliter tradiderunt. Lege S. Antoninum 4. p. Theologicæ tit. 15. c. 17. §. 1. vbi in eandem sententiam citat B. Albertum Magnum. Idem docent Gerson Alphabeto 15. tit. 8. & Alphab. 88. tit. 9. Carthusianus in Comment. ad Dionysium de Cælesti Hierarchia art. 18. Vbertinus Cassalius lib. 1. Arboris vitæ c. 9. S. Thomas de Villanoua serm. de Resurrect. Bartholomæus Medina 3. p. q. 27. art. 5. Dominicus Bannes 1. part. q. 12. art. 11. dub. 1 concl. 2. Suarez in 3. p. tom. 2. disp. 19. sect. 4. hoc priuilegium verò asserere concessum fuisse S. Benedicto, S. Dominico, vel aliis nequit sine magna temeritate dici. Lege Maluendã ad annum 1218. c. 32.

31. Præcepit Dæmoni in speciem lacerti, vt se in aquam emergeret. Fecit ille, vt erat iussus (verba sunt Theodorici lib. 3. cap. 7.) nec vsquam apparuit. Garzo, Flaminius, Maluenda ad annum 1218.

1218.cap.25.& alij. Eidem imperat in speciem simiæ, vt candelam accensam coram ipso teneret. Paruit Dæmon, & ventum ad candelæ extremum cum esset, & simiæ digitus adureretur, lamentabatur Diabolus, & nihilominus à præcepto Sanctissimi Patris non recedebat. Theodoricus, S. Antoninus, Garzo, & alij.

32. Ecclesiam intrat ostijs clausis. B. Humbertus lib.2. de vitis Fratrum cap. 13. Flaminius, & alij.

33. De impossibilitate, de subtilitate, de agilitate, & de claritate tractat D. Thomas in 4.dist.44.q.2.art.1.2.3.& 4.

34. Eum Angeli comitantur Fauentiæ. Annales Fauentini Conuentus apud Maluendam ad annum 1220. cap.33. Idem ei contigit Romæ. Consule nostram Aquilam Stelliferam stella 9.

35. Angeli panem deferentes pascunt Fratres Romæ in Conuentu S. Xysti. Vincẽtius in Speculo Hist. lib.30 c.72.

36. Consule nostram Aquilam Stelliferam stella 8.

37. S. Dominicus omnia à Deo pro voto impetrasse Episcopo Alacrino reuelat. Theodoricus lib. 4. c. 6. S. Antoninus, & alij.

38. In Ecclesia Sanctæ Sabinæ in sacris precibus pernoctanti S. Dominico hoc contigisse referunt B. Hubertus lib. 2. de Vitis Fratrum c. 14. Castilius lib. 1. c. 47. & alij.

39. Suis Benedicto XI. Innocentio V. Pio V. & Ioanni XXII. electo Pontifici summo.

40. Mercurius inter lapides. Veterum enim transeuntium illac, vbi erāt Mercurij statuæ, ad earum pedes quilibet saxum ligabat: ea propter semper ibi acerui lapidum videbantur. Ita refert Phornutus libro de Natura Deorum. Cui allusit Spiritus Sanctus Prouerb. 26. b. 8. *Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij: ita, qui tribuit insipienti honorem.*

41. Psalm.

41. Psalm. 103. c. 26. *Draco iste, quem formasti ad illudendum ei.*

42. Gen. 3. a. 1. *Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terra.*

43. Cant. 2. d. 15. *Capite nobis vulpes paruulas quæ demoliuntur vineas.* Quod pulchrè Gregorius Nyssenus de Dæmonibus interpretatur, qui dicuntur Vulpes paruulæ pro cõtemptu, vt ostẽderetur, quàm debiles, quàmue viles, ac modicæ ij essent virtutis. Non enim inquit capite aprum, leonem &c. Sed vulpes paruulas.

44. Ex Theodorico, S. Antonino, & aliis. Lege nostram Aquilam Stelliferam stella 6. & nostrum quadrag. Domin. 1. quadrag.

45. Consule nostram Aquilam Stelliferam Stella 8. vbi varii referuntur Authores.

46. Itinera nudis pedibus peragebat, Deumque laudans hymnos alta voce cantabat, *Aue maris Stella, & Veni Crea.*

Creator Spiritus. Theodoricus lib.4.c. 3.S.Antoninus 2.p.Histor.tit.25.c.4.§. 12.& alii.

47. Signo Crucis pluuiam arcet. Vincentius lib.30.Spec.Hist. cap. 73. & alii plures.

48. Consule nostrum Introduct. Astrologicum,& copiosius F.Paulum Mineruam Barensem de præcognoscendis tēporum mutationibus.

49. Flebat in oratione vbertim.De quare lege plures apud Maluendā ad annum 1221.c.28.

50. Consule nostram Aquilam Stelliferam stella 13.

51. Missa memoria est Passionis;hinc in Parasceue non consecramus: Cum enim illa die Christus passus sit,& mortuus, à repræsentatione, & memoria rei præsentis cessamus. *Non ergo* (inquit Guilelmus Dur.Rat.Diu.lib.6.cap. 97 n.33.) *Sacrificent amici, dum trucidant inimici*.

52.Ita

52. Ita Origenes homil. 3. in diuersis: *Quasi non essent ad illos, qui pro Domino mortui sunt, & martyrij coronã subierunt.*

53. Ex Vincẽtio lib. 30. Specul. hist. c. 112. Theodorico, S. Antonino, & cæteris.

54. Lege nostram Aquilam Stelliferam, stella 14.

55. Vulcanus officinam habere fertur in Lemno vna cũ Cyclopibus ministris; fingitur faber Deorum.

56. Cant. 4. b. 4. *mille clypei pend*[illegible]

57. Vide fusius in nostra Aqui[illegible]lifera stella.

58. Ex Breuiario Dominicano qu[illegible] ad verbum.

59. Psalm. 58. *Misericordia eius præueniet me.* August. in libro de Natura, & gratia: *Præuenit, vt sanemur, subsequitur, vt sanati vegetemur; præuenit, vt vocemur, subsequitur, vt glorificemur.* Item in collecta Domin. 16. post oct. Trinit. *Tua nos Domine, gratia semper, & præueniat, & sequatur.* Et in Collect. de Pretiosa;

tiosa: *Actiones nostras quæsumus Domine aspirando præueni &c.* Et in Collect. Resurrect. Pasch. *Vota nostra, quæ præueniendo aspiras &c.* Lege D. Tomam 1.2.q.111.art.3.

60. Ex Breuiario Dominicano.

Alia ex Eruditissimo P. Ioanne Andrea Alberto. Soc. Iesu Niciensi.

CÆLO STELLIFERO.

DOminicus asterisco in fronte notatus, cœlo deposcitur. Agè detur: Dum meminerit beneficij cœlum, terræque accepta referat sidera sanctiora. Nihil hic inesse poeticum, vel ex eo facilè colliges, quòd illi feras, & similes feris homines retulerint inter sidera; nos verò vix simile homini sidus. Sed te dum Cœlo

lo adderis oratum, obtestatumque velim Dominice, vt qua diues abundas luce, ea tuos irradies inocciduus: mihi veró nonnihil virtutis, & caloris impendas: Enimuerò astrorum est humanos cultus, benefica luce rependere.

DOMINICVS.

I.

Sacrorum Oratorum parens, & cultor;
Tot habet præcones gloriæ,
Quot vberibus filios.
Cuius etiam gesta sunt vbera,
Lacte facturus pretium laudatori.
Perge igitur calame:
Illi desudare, nutriri est.
Caue tamen vni Dominico scribas
Elogium.
Nulla virtutum non sibi poscit
Elogium in Dominico.

II.

Ne in Cœlo natum existimes.

H. spa-

Hiſpanus eſt.
Ne terris datum, Cælo vixit.
Ne maieſtate naſcentis genitrix
Obruatur, de fœtus ſui præſtantia
Præmonetur.
Parauerat cunas anguſtas puero,
Dilatauit Giganti.
Obſcurum putas in vtero genitricis,
Facem geſtat, & Orbis diem.
Vagitus ab illo audies nullos, cui
Nulla cauſa lugendi.

III.

Matris ſomnia vt bearet, ſub Canis
Specie viſus eſt.
Hoc illa cuſtode tuta, imó & Orbis.
Cordis vt teſtaretur incendia,
Ignem ore præſetulit.
Cæli caniculam credidiſſes.
Felices æſtus, quos accendet in
Animis!
Iijs ſitim ſi faciet, & reſtinguet.

IV.

E matris vtero, ad ſacrum fontem
De-

Deducitur.
Nutricis vbera respuisset, nisi hoc
Prius fonte potasset:
Sacris vndis educto nitidissimum sidus
Illuxit in fronte:
Noctem in aquis merserat,
Orto iam Sole.
Non duo sat illi sidera oculi,
Tertius addebatur.
Vtile beneficium homini.
Numquam satis oculorum habebis,
Tot es obnoxius hostibus.
Qui cæcis daturus erat animis
Oculos, eum decuerat oculis
Abundare.
Faustissimum Orbi sidus,
Infaustissimus Cometa hæresi moriturae.
V.
Apes dormientem puerum ambiunt.
Mellificio iam tum aptissima
Visa ora.
Totus constabat è flore Dominicus;
Totum è lilio cor Dominici.
Pa-

Paradiſos ſuos apes ſuperæ reliquiſſent;
Tantus halabatur odor ex iſto.
Et Paradiſus ſuperum credebatur,
Flos erat cælicus frontis ſidus.

VI.

Feliciſſimè vitam prodigijs auſpicatus,
Vt aſſueſceret orbis maioribus, quæ
Patraret.
Sub optimorum æquè, ac clariſſimorum
Parentum imperio tyrocinia poſuit
Sanctitatis.
Vix eorum capeſſens imperia;
Anteuertere ſolitus imperantes.
Mores ætatis vrgebat celeritas bonæ
Indolis.

VII.

Septennis neglecta molli culcitra,
Humi decumbere.
Eo ferimur, vnde naſcimur homines.
Quo plus ab humo caput recedit,
Eo celerius obliuiſcimur.
In ſinu parentis ſomnos captabat
Immunes Dominicus.

Nam

Nam quid iaceret in pluma?
Leuissima res pluma est, agitatur
Facilè vento.
Dormire amabat Dominicus,
Non iactari.
Turpe ducens quærere in necessitate
Delitias.
VIII.
Potu, ciboque parcissimo,
Modestia, grauitate, serijs in primis
Moribus id ætatis, quæ in alijs dicitur
Pueritia;
In Dominico quo nomine appellem,
Nescio:
Senium, an pueritiam, neutrum decerno;
Illud ne laus comminuatur ætati,
Istam ne moribus sim onerosus.
Sacras aras componere, exornare,
Delicias sibi fecerat sanctus puer.
Nobilius ornamentum nullum apposuit
Semetipso.
Sacris præcipuè cantionibus deditus,
Et ne manus discreparent à lingua,

Eas reddiderat vocales in opere.

IX.

Palentiæ celerius vt bonis artibus
Imbuatur, plumas olim corpori
Denegatas suppeditauit ingenio;
Religioni celeriores, atque virtuti.
Celerrimè sacram profanamque
Sapientiam assequutus.
Nec parum volasse tum, cū prodigiosum
Non serpere putabatur.
Officijs, & comitate condiscipulis carus,
Haud tamen admodum socialis.
Simile gaudet simili, omnes sibi
Dissimiles fecerat sanctis moribus.

X.

In æstu lenocinantis ætatis, procul
Abegit muscas à lilijs.
Flores suos Apibus consecrarat.
Si quid peccatum vidisset in socijs,
Totus diffluebat in lacrymas.
Quid enim de suis faceret lacrymis,
Quando proprijs vacabat criminibus,
Quæ defleret?

Lo-

Locabat alienis criminibus oculos,
Ne linqueret otiosos.

XI.

In summa annonæ caritate, vt famem
Pauperibus extingueret, suppellectilem,
Librosque vænales habuit.
Quid libris amplius vteretur, cui
Nihil erat vltra, quod disceret?
Summum se Magistrum probauit
In Euangelio.
Hanc vnam lauream ambiebat.
Pauperum necessitates sua sibi fecerat
Studia.
Bibliothecam suam egenorum locans
In stomacho, in quo disceret misereri.

VII.

Captiuum á piratis vt redimeret,
Exposuerat se vænalem.
Non fuit par orbis tanto emendo viro.
Solis tamen piratis vendi non poterat,
Quia nudus.
Se quisque, Dominice, venderet,
Te vt emeret.

Ita emporium fieret orbis totus,
Si vænales Dominici haberentur.
Vide nouas charitatis industrias.
Prodiga sui est, cum videtur auara
Vendendo.
Famam hominis, fames solata
Pauperum prædicabat.
Vxamensis Ecclesiæ inauguratus
Canonicus, amabile hoc in dignitate
Constituit, quod per vim propemodum
Iniretur.
Ex adolescentibus vt excessit, obire vicos
Cælestia edocendo.
Latrare haud prius cæpit in alios,
Quàm latratus intimos pectoris
Compressisset.
XIII.
Tam fausti afflatu sideris fæcundior
Lilijs facta Gallia, fortassis etiam
Dealbata,
Albigenses hæreticos cum detersit.
Regno Principem dedit, Principi
Populos meliores.

Ne discreparet regnum à rege.
Nefas ducens sacram lilijs regionem
Calcari pedibus bestiarum.

XIV.

Parisiis Romam, Roma reuectus in
Galliam cum Episcopo, fusis primùm
Ad Deum precibus, mox suppljciis suis
Torquere cæpit hæreticos.
Pedes, regionem obibat:
Quæ nisi vecta nescit incedere charitas,
Infirma est.
Auebant terræ vestigia, quæ seruarent.
Sub sanctissimis pedibus, vel mala
Gramina deperibant, vel flores
Virtutum germinabant.

XV.

Periculum facturus fidei,
Ad flammam iudicem prouocauit.
Hæreticorum, ac Catholicorum libros
In vnum, eundemque rogum coniecit.
Veræ fidei lumen extingui flammis haud
Potuit.
Nulla in ijs erat esca flammarum.

Quæ Dominicus tetigisset?
Conceptis statim ignibus absumuntur
Hæretica.
Non aliam lucem meruerant.
Picea omnia facilè rediguntur
In cineres.
Æquior nemo iudex est igne.
Credere huic satius, quàm experiri.
Alterutrum necessarium.

XVI.

A summo Pontifice inquisitoris munus
In hæreticos obire iussus,
In quos verba non poterant,
Arma decernit.
Timenda arma quæ stringit dextera
Supplicantis.
Interroga populos Hebræorum.
Hostibus suis vitam facilius, quàm
Mortem arma Dominici præbuissent?

XVII.

Vide quî suos muniret milites Dux
Sanctissimus.
Sacra primùm confirmat Cerere.
Haud

Haud mori poterant, quibus vita melius
Præbebatur ad clypeum.
Annona militi Deus ipse.
Rosario præterea cingebantur,
In cadauera pugnaturi.
Iacere fuit in rosa, tunc temporis
Dimicare.

XVIII.

Collatis signis, fusus in preces Dominicus
Hostem fudit.
Ignauum inquis precum iactare
Victoriam.
Hæc sacri hominis arma.
Pugnare aliter nesciebat, nec aliter
Vincere.
Ferro decernantur humana,
Diuina precibus.
Ferro agitur, vbi ferreæ causæ bellorum.

XIX.

Ingenuæ, honestæque virgines, premente
inopia, nutriendæ tradebantur
Hæreticis, vendebantur.
Hanc vnam Dominicus horruit

Paupertatem.
Summam interpretatus calamitatem
Tam impijs manibus subleuari.
Lactis nil esse poterat ab vbere
Purulento.
Nutriri tum, mori fuit.
Nutricem egerat charitas in Dominico.
Sed lac, quod mammis natura negauerat,
Oculis emanabat.
Coacto hinc indè auro certas domos
Virginibus excitauit.
Matri Virginum certas nurus.
XX.
Qui se totum omnium animis
Nuncuparat, vicissim omnium animos
Suos fecerat.
Sed tot animis, vno corpore satis esse
Qui poterit?
Cui perpetuum fuit optare minus
Corporis, vt minus hostis haberet;
Plura penè optauit corpora, hostes suos.
Amicum ratus incommodum, quod
Aliorum commodis seruiebat.
XXI.

XXI.

Hic magnis mentibus dolor;
Minores se, necesse est, vt existant,
Vbi maiores euaserint;
Quibus sola manuum, ac pedum
Inopia detrimento est.
Dedisset plures natura, nisi alis,
Pennisque destinatas animas credidisset;
Non corpori.
Diuinitus tamen prouisum orbi,
Ne magnis viris, magnæ vires respōdeāt;
Omnem cæteris, tum honorem,
Cùm gloriam absorberent.
Alieno indigeant ministerio, ne honore
Egeant alij.
Optanda orbi egestas, vndè ditior
Orbis Heroibus.
Inuenit qui posset omnia solus;
Ex innumeris vnum fecit.
Et ne gloria transiret ad exteros,
Filios voluit administros.

XXII.

Coactis in certum ordinem eiusdem
Men-

Mentis hominibus, de Pontificis nutu;
Nouæ sacrorum Oratorum familiæ
Nomen dedit.
Perenne in Hæreticos bellum.
Desperauit hostis victoriam, quando
Vix vni satis Dominico, innumeros
Vidit in sobole.
Verbi partus Ecclesia, verbis fuerat
Nutrienda.
Id munus nouorum est Oratorum.
XXIII.
Arcana Dei omnia vnus loquebatur
Dominicus, & ferebat.
Dono quodam prouidentiæ genitus,
Elinguem recreaturus Ecclesiam.
Linguas igneas iterum depluisse Cælo
Putasses, quando tot Oratores ignei
Audirentur.
XXIV.
Parum æquus omninò cæteris visus,
Quòd sibi supplicia omnia nuncuparet.
Solam ex honoribus purpuram
Non exosus, sed quæ suo cruore
Ru-

Rubesceret:
Suis cupiditatibus imperauerat,
Si potuisset & sanguinem coercere.
Sub Canis sidere efferuescens,
Vincula eluctabatur, & venas,
Properabat animis libertatem:
Repetitis verberibus terga cædit,
Facturus humeris inuidiã Cæli sideribus,
Viam lacteam pectore referebat.

XXV.

His ille colludens supplicijs, maiorum
Desideria solabatur.
Membratim secari voluisset in frustra;
Ne qua pars corporis vacaret supplicio;
Cùm nulla vacaret voto supplicii
Mox erui sibi oculos.
Heu quam noctem optabat Ecclesiæ!
Cælum suos potius eruisset.
Tum euelli sibi linguam radicitus
Perorauerat.
Breui anatomen in se voluit,
Charitatis.
Tortorém ad sua vota, præter se vnum
Ne-

Hiſpanus eſt.
Ne terris datum, Cælo vixit.
Ne maieſtate naſcentis genitrix
Obruatur, de fœtus ſui præſtantia
Præmonetur.
Parauerat cunas anguſtas puero,
Dilatauit Giganti.
Obſcurum putas in vtero genitricis,
Facem geſtat, & Orbis diem.
Vagitus ab illo audies nullos, cui
Nulla cauſa lugendi.

III.

Matris ſomnia vt bearet, ſub Canis
Specie viſus eſt.
Hoc illa cuſtode tuta, imó & Orbis.
Cordis vt teſtaretur incendia,
Ignem ore præſetulit.
Cæli caniculam credidiſſes.
Felices æſtus, quos accendet in
Animis!
Iijs ſitim ſi faciet, & reſtinguet.

IV.

E matris vtero, ad ſacrum fontem
De-

Deducitur.
Nutricis vbera respuisset, nisi hoc
Prius fonte potasset:
Sacris vndis educto nitidissimum sidus
Illuxit in fronte:
Noctem in aquis merserat,
Orto iam Sole.
Non duo sat illi sidera oculi,
Tertius addebatur.
Vtile beneficium homini.
Numquam satis oculorum habebis,
Tot es obnoxius hostibus.
Qui cæcis daturus erat animis
Oculos, eum decuerat oculis
Abundare.
Faustissimum Orbi sidus,
Infaustissimus Cometa hæresi morituræ.

V.

Apes dormientem puerum ambiunt.
Mellificio iam tum aptissima
Visa ora.
Totus constabat è flore Dominicus;
Totum è lilio cor Dominici.

Pa-

Paradisos suos apes superæ reliquissent,
Tantus halabatur odor ex isto.
Et Paradisus superum credebatur,
Flos erat cælicus frontis sidus.

VI.

Felicissimè vitam prodigijs auspicatus,
Vt assuesceret orbis maioribus, quæ
Patraret.
Sub optimorum æquè, ac clarissimorum
Parentum imperio tyrocinia posuit
Sanctitatis.
Vix eorum capessens imperia,
Anteuertere solitus imperantes.
Mores ætatis vrgebat celeritas bonæ
Indolis.

VII.

Septennis neglecta molli culcitra,
Humi decumbere.
Eo ferimur, vnde nascimur homines.
Quo plus ab humo caput recedit,
Eo celerius obliuiscimur.
In sinu parentis somnos captabat
Immunes Dominicus.

Nam

Nam quid iaceret in pluma?
Leuissima res pluma est, agitatur
Facilè vento.
Dormire amabat Dominicus,
Non iactari.
Turpe ducens quærere in necessitate
Delitias.

VIII.

Potu, cibòque parcissimo,
Modestia, grauitate, serijs in primis
Moribus id ætatis, quæ in alijs dicitur
Pueritia;
In Dominico quo nomine appellem,
Nescio:
Senium, an pueritiam, neutrum decerno;
Illud ne laus comminuatur ætati,
Istam ne moribus sim onerosus.
Sacras aras componere, exornare,
Delicias sibi fecerat sanctus puer.
Nobilius ornamentum nullum apposuit
Semetipso.
Sacris præcipuè cantionibus deditus,
Et ne manus discreparent à lingua,

Eas reddiderat vocales in opere.

IX.

Palentiæ celerius vt bonis artibus
Imbuatur, plumas olim corpori
Denegatas ſuppeditauit ingenio;
Religioni celeriores, atque virtuti.
Celerrimè ſacram profanamque
Sapientiam aſſequutus.
Nec parum volaſſe tum, cū prodigioſum
Non ſerpere putabatur.
Officijs, & comitate condiſcipulis carus,
Haud tamen admodum ſocialis.
Simile gaudet ſimili, omnes ſibi
Diſſimiles fecerat ſanctis moribus.

X.

In æſtu lenocinantis ætatis, procul
Abegit muſcas à lilijs.
Flores ſuos Apibus conſecrarat.
Si quid peccatum vidiſſet in ſocijs,
Totus diffluebat in lacrymas.
Quid enim de ſuis faceret lacrymis,
Quando proprijs vacabat criminibus,
Quæ defleret?

Lo-

Locabat alienis criminibus oculos,
Ne linqueret otiosos.

XI.

In summa annonæ caritate, vt famem
Pauperibus extingueret, suppellectilem,
Librosque vænales habuit.
Quid libris amplius vteretur, cui
Nihil erat vltra, quod disceret?
Summum se Magistrum probauit
In Euangelio.
Hanc vnam lauream ambiebat.
Pauperum necessitates sua sibi fecerat
Studia.
Bibliothecam suam egenorum locans
In stomacho, in quo disceret misereri.

VII.

Captiuum á piratis vt redimeret,
Exposuerat se vænalem.
Non fuit par orbis tanto emendo viro.
Solis tamen piratis vendi non poterat,
Quia nudus.
Se quisque, Dominice, venderet,
Te vt emeret.

Ita emporium fieret orbis totus,
Si vænales Dominici haberentur.
Vide nouas charitatis industrias.
Prodiga sui est, cum videtur auara
Vendendo.
Famam hominis, fames solata
Pauperum prædicabat.
Vxamensis Ecclesiæ inauguratus
Canonicus, amabile hoc in dignitate
Constituit, quod per vim propemodum
Iniretur.
Ex adolescentibus vt excessit, obire vicos
Cælestia edocendo.
Latrare haud prius cæpit in alios,
Quàm latratus intimos pectoris
Compressisset.

XIII.

Tam fausti afflatu sideris fœcundior
Lilijs facta Gallia, fortassis etiam
Dealbata,
Albigenses hæreticos cum detersit.
Regno Principem dedit, Principi
Populos meliores.

Ne discreparet regnum à rege.
Nefas ducens sacram lilijs regionem
Calcari pedibus bestiarum.

XIV.

Parisiis Romam, Roma reuectus in
Galliam cum Episcopo, fusis primùm
Ad Deum precibus, mox suppljciis suis
Torquere cæpit hæreticos.
Pedes, regionem obibat:
Quæ nisi vecta nescit incedere charitas,
Infirma est.
Auebant terræ vestigia, quæ seruarent.
Sub sanctissimis pedibus, vel mala
Gramina deperibant, vel flores
Virtutum germinabant.

XV.

Periculum facturus fidei,
Ad flammam iudicem prouocauit.
Hæreticorum, ac Catholicorum libros
In vnum, eundemque rogum coniecit.
Veræ fidei lumen extingui flammis haud
Potuit.
Nulla in ijs erat esca flammarum.

Quæ Dominicus tetigiſſet:
Conceptis ſtatim ignibus abſumuntur
Hæretica.
Non aliam lucem meruerant.
Picea omnia facilè rediguntur
In cineres.
Æquior nemo iudex eſt igne.
Credere huic ſatius, quàm experiri.
Alterutrum neceſſarium.

XVI.

A ſummo Pontifice inquiſitoris munus
In hæreticos obire iuſſus,
In quos verba non poterant,
Arma decernit.
Timenda arma quæ ſtringit dextera
Supplicantis.
Interroga populos Hebræorum.
Hoſtibus ſuis vitam facilius, quàm
Mortem arma Dominici præbuiſſent.

XVII.

Vide quî ſuos muniret milites Dux
Sanctiſſimus.
Sacra primùm confirmat Cerere.
Haud

Haud mori poterant, quibus vita melius
Præbebatur ad clypeum.
Annona militi Deus ipse.
Rosario prætereà cingebantur,
In cadauera pugnaturi.
Iacere fuit in rosa, tunc temporis
Dimicare.
XVIII.
Collatis signis, fusus in preces Dominicus
Hostem fudit.
Ignauum inquis precum iactare
Victoriam.
Hæc sacri hominis arma.
Pugnare aliter nesciebat, nec aliter
Vincere.
Ferro decernantur humana,
Diuina precibus.
Ferro agitur, vbi ferreæ causæ bellorum.
XIX.
Ingenuæ, honestæque virgines, premente
Inopia, nutriendæ tradebantur
Hæreticis, vendebantur.
Hanc vnam Dominicus horruit

Paupertatem.
Summam interpretatus calamitatem
Tam impijs manibus ſubleuari.
Lactis nil eſſe poterat ab vbere
Purulento.
Nutriri tum, mori fuit.
Nutricem egerat charitas in Dominico.
Sed lac, quod mammis natura negauerat,
Oculis emanabat.
Coacto hinc indè auro certas domos
Virginibus excitauit.
Matri Virginum certas nurus.

XX.

Qui ſe totum omnium animis
Nuncuparat, viciſſim omnium animos
Suos fecerat.
Sed tot animis, vno corpore ſatis eſſe
Qui poterit?
Cui perpetuum fuit optare minus
Corporis, vt minus hoſtis haberet;
Plura penè optauit corpora, hoſtes ſuos.
Amicum ratus incommodum, quod
Aliorum commodis ſeruiebat.

XXI.

XXI.

Hic magnis mentibus dolor;
Minores se, necesse est, vt existant,
Vbi maiores euaserint;
Quibus sola manuum, ac pedum
Inopia detrimento est.
Dedisset plures natura, nisi alis,
Pennisque destinatas animas credidisset;
Non corpori.
Diuinitus tamen prouisum orbi,
Ne magnis viris, magnæ vires respõdeãt;
Omnem cæteris, tum honorem,
Cùm gloriam absorberent.
Alieno indigeant ministerio, ne honore
Egeant alij.
Optanda orbi egestas, vndè ditior
Orbis Heroibus.
Inuenit qui posset omnia solus;
Ex innumeris vnum fecit.
Et ne gloria transiret ad exteros,
Filios voluit administros.

XXII.

Coactis in certum ordinem eiusdem
Men-

Rubeſceret :
Suis cupiditatibus imperauerat,
Si potuiſſet & ſanguinem coercere.
Sub Canis ſidere efferueſcens,
Vincula eluctabatur,& venas,
Properabat animis libertatem :
Repetitis verberibus terga cædit,
Facturus humeris inuidiā Cæli ſideribus,
Viam lacteam pectore referebat.

XXV.

His ille colludens ſupplicijs,maiorum
Deſideria ſolabatur.
Membratim ſecari voluiſſet in fruſtra;
Ne qua pars corporis vacaret ſupplicio;
Cùm nulla vacaret voto ſupplicii
Mox erui ſibi oculos.
Heu quam noctem optabat Eccleſiæ!
Cælum ſuos potius eruiſſet.
Tum euelli ſibi linguam radicitus
Perorauerat.
Breui anatomen in ſe voluit,
Charitatis.
Tortorem ad ſua vota,præter ſe vnum
Ne-

Neminem reperisset.
Nec imperrare supplicium potuit,
Quod optari iam cœperat ad delicias.
XXVI.
Onustus ferro, & benè grauis incedens
Rapiebatur in aerem, cum iacebat
In preces.
Montes Magneticos sidera
Sequebatur.
Ita cælestibus carus, ac sibi viuebat
Ingratus:
Nihil vnquam se à Deo petijsse
Meminerat, quin accepisset,
Nec vicissim se quidquam Deo vnquam
Negasse:
Negasse autem putasset, non anteuertisse
Petentem.
XXVII.
Dormienti non semel fuit Deipara
Ab excubijs.
Vicissim alter alteri excubabat.
Cura tamen vtriusque erat in lilijs.
Dormire in vtramque aurem non
Ocu-

Oculos præstitisset, ea Virgine coram:
Illi etiam Virgo neuit, & texuit
Indumenta,
Aut è visceribus siderum,
Aut è niuibus liliorum.
Domesticos suos duplicibus induit
Prudens Mulier.
Idoneas sacris Oratoribus vestes dixeris;
Quorum munus est ab albis nigra
Distinguere.

XXVIII.

Laurus nulla orbi salubrior sanctitate.
Abiisset orbis in cineres ictus fulmine,
In Dominici lacrymis mersæ iræ.
Si fulmine terras Deus tunc temporis
Vulnerasset, duo pariter Cæli gaudia
Comminuisset, Dominicum,
Et Franciscum.
Vmbræ maiorum corporum, lucis
Protegunt inimicos.

XXIX.

Osor virtutis omnis Dæmon, virtutem
Omnem oderat, in vno Dominico.
Tor-

Psalmodiæ numquam desideratus
Dominicus, sine illo nihil harmonicum.
In motu penè assiduo, immotus animo:
In Vrbe magnarum mentium turbatrice,
Turbas nesciens.
Docuit fluctus in animo nullos esse,
Qui auras inanes excluserit.

XXXII.

Nullum Dominico fœnus ab humo.
Agrum annonæ domesticæ
Cælum voluit.
Iacere in altum semina solitus,
Ne iacerent.
Solatium famis è Cælo, suis sæpè
Demessuit, semper sibi.
E cælo ipsa etiam vina petita.
In æternis collibus vites suas statuerat,
Suam vitam.
Falleris, qui nunquam non grauida
Lacrymis dicis sidera.
Vina fundent, vbi lacrymandi officium
Occupaueris.
Ad Cælum mittebantur Dominici
La-

Lacrymæ, in vinum remittebantur
Conuersæ:
Est oris, quin etiam cordis, sæpè solatium,
Quòd fuit oculi cruciatus.
XXXIII.
Mortem vincere, ex se ipso didicerat,
Vel ipsos è funere mortuos excitabat,
Vitam loqui solitus, & salutem.
Tam procul vnusquisque se reputauit
A funere, quàm Dominico fuit
Proximus:
Quæ supplicia voluisset in corpore,
Ea tulit in vestibus,
Religionis ergo discerptis.
Obrutus concurrentibus populis.
Orbis totus in Dominicum transiuisset.
XXXIV.
Quo pauciora de se dicerentur,
Præstitit infinita.
Quamobrem me vocat non factorum
Terminus, sed ætatis.
Hispania, Gallia, Italia, sanctissima
Cùm virtute, tum sobole peragratis,
Sola

Sola ſidera videbantur lucis egere.
Eccleſiam an feliciorem viuens
Effecerit, an moriens miſeriorem,
Incertum eſt.
Eius viduitati, prole conſuluit.
Quæ orbis in vno coniuncta ferre
Vix potuiſſet;
Seiuncta mirabitur in nepotibus.

DOMINICI
TVMVLVS.

Lapidem hunc
Caue ſepulchrum putes, viator:
Hæc cunabula Sanctorum.
Gymnaſia Oratorum.
Inde viuet Eccleſia,
Vnde iacebit Hæreticus.
Hic demum finem ſuum
Aſſequutus eſt
Bonus Orator.

Aliud ex P. Masculo Soc. Iesu.

Tibi se calamus dedicat, tibi lingua
Fæcunde parens eorum heroum, (guã.
Qui Romæ vel calamũ dedicauere vel lin-
Sterilis cæpit haberi Græcia,
Septem dicta Sapientum mater,
Cum tot lumina protulisti doctorum.
A materno vsque vtero tuæ reperẽdæ sunt laudes;
Instar catuli visus es gestantis facem;
Scilicet antequam edereris in lucem
Prætulisti lucidam tædam.
Exterruisti latratu inferos, obmutuit Cerberus.
CYnicæ oppositus sapientiæ
Impudentiam pudore frænasti.
Viluit ex ea disciplina tecũ collatus Antisthenes;
Diogenes suo se dolio texit.
Sileri cæpit in Attica CYnolarges,
Vbi sacrificij fuisse minister dicitur Canis.
Instituisti gYmnasium omniũ nobilissimũ,

Vbi

Vbi Religio esset magistra doctrinæ.
Illa, quæ dum sacro lustrabaris fōte infās,
Visa est collucere in fronte stella,
Non nisi Sirius fuit in ore canis, non noxius, sed saluber.
Quā fuit serena frons, quæ splēduit astris!
At cum supposuisti Lateranensi delubro labenti humeros,
Stellifero Atlante visus es maior.

S. HYACINTHVS Polonus.

Elogium XII.

Augustus, quem ab augendo deducunt,
Ecclesiam, imó cælos
Augustissimo auxit flore,
Hyacintho:
Hunc enim rapuit tempori, vt daret æternitati.
Sic habet & suos flores Autumnus;
Sed ex illis,
A. Inter quos lubentissimè pascitur Sponsus.

Dominicana Religio more suo
Fæcunditate virtutum
Omnem mensem reddens Aprilem
Etiam feruentissimo sub Leone
Legit ex horto suo HYacinthos.
Melius hYacinthos dixerim ex fodina,
B. Quibus sunt plenæ tornatiles manus
Sponsi.
Florem prædica ex odore,
Ex firmitudine lapidem pretiosum.
C. Habitu nostræ Religionis indutus,
Spiritu, quē Romæ ebiberat à Dominico;
D. Prometheus Euangelicus statim,
Ab illo mittitur viuificatum Polonos.
Suauis Oeconomia solertis Legislatoris.
E. Ad Polonos mittit Polonos,
Apulos in Apuliam, & in Hispaniam suos.
Ad propria vnusquisque; vt scires,
Mirabiliter per Dominicum
Nunc primùm
F. In patria sua Prophetas reddi acceptos.
Noemitica vt columba HYacinthus
E Patris exiens sinu

Ala-

Alacer volauit,& celer
Ad Polonos,ad Germaniã,ad Ruthenos
Non timebat sibi ab aquis
Hæresum,criminum, ærumnarum :
Dominicus,alter Noe
Emiserat illam ab Arca.
Constitutiones Ordinis vagientis
Nondum paginis exaratas,
Ex ore Legislatoris excepit,
Illas suo scripsit in corde.
Hanc rationem viuendi
A Sancto Patre Dominico haustam
Vsque ad obitum sanctissimè obseruauit.
Vidisses Moysen accepisse legem à Deo,
Vterque legem posuit aquis,
Nisi quod iratus ille in plebem,
Leges fregerit,& contriuerit;
Hic patienter sustinuit,& seruauit.
Æquè nobilis,ac amabilis
Discessit Roma Cracouiam
Veteranus simul,& tyro.
Extra cellam,& vt testudo
Mente semper fixus erat in cella.

Poli duo Religionis, Dominicus, & Hya-
cinthus.

Dominicus, vt Antarticus
Ordinem ſuſtinuit, quem fundauit
Tholoſæ, apud Italos, in Hiſpania.

Apoſtolus in Ordine Germanorum, Hya-
cinthus

Verè Arcticus in Germania,
In Ruſſia, Pruſſia, in Polonia.

Repetiuit igitur patriam; ſed non totus;
Meliorem ſui partem reliquerat in Ma-
giſtro.

At ſecum charitatem reuexit totam.
Hac opus erat animas lucraturo.

Cracouiam cum appuliſſet,
Leges, quas Romæ puerculus ebiberat,
ſacras

Tueri cæpit in viduis, & pupillis.

Inibi, vt Hyacinthus, ſemper rutilans, ſem-
per clarus,

Omnem cæpit gradum exprimere claritu-
dinis.

Clarum in aqeis, clariorem in igne,

Cla-

Clarissimum sé præbuit in sepulchro.
Longè clarissimum in seipso.
G. In Vandalo flumine sine nauigio nauta
In Dei obsequio constans
Constantiam docuit aquas.
Alienis siccus in vndis, madidus suis
Iura potuit dare fluminibus, vt consisterēt,
Suos non potuit oculos cohibere,
Ne flerent.
H. Adhuc in eius nomine lamentatio,
A. I.
Fretus Deo
Sæpè effræni flumini posuit fræna,
Lacrymis numquam.
Facillimè motus compescuit aquæ,
Qui dudum sedauerat suos.
Nullo negotio pedibus
Aquas est moderatus infernas,
I. Qui supernis, quæ super cælos sunt,
Eloquio imperabat.
Planè in hoc simillimus Petro;
Nisi quòd noster ignem
Pluries quoque calcauit impunè.

Puduit aquam tumescere illo coram,
Qui vt humillimus semper
Ignarus fuit tumoris.
Depressos habuit fluctus
Cuius virtus vbique attollebatur,& sẽper.
Plerumque iustis
Est salus in medio salo,
Pons,& ponto in medio Ponto.
Fecit vitreum flumen crystallo simile,
Vt in eo tamquam in speculo
Potentiam eius inspicerent.
In turbido aquarum refluxu intrepidus
Constantiam,& candorem
Sua reddidit clariora.
Ex flumine procedens ad aram
Hostiam Deo soluit pro naulo.
K. Rursus intrepidè ambulãs super aquas
Idolo,quod colebatur,contrito,
A fluuio
Dæmonem sibi occurrentem fugauit.
L. Hic verè contribulauit capita draconum in aquis.
Assurgens vnda reuerens transeunti
Ad

Ad perpetuam rei memoriam
In se se, vt in marmore, vel cæmento
Lubrica non lubricam sternens viam
Splendorem erexit in titulo.
M. Sicque semitam reliquit in rapidissimo
flumine,
Quà transiuit.
Nulla via inuia sanctitati;
N. Prostratas grandine segetes eleuauit!
Falsa propositio apud Deum, regressum
A priuatione ad habitum non concedere
Præter segetes reparatas,
Signo Crucis
O. Organa, quæ non erant, efformans
Cæcis à natiuitate restituit lumen.
P. Surdis auditum, mutis eloquium dedit;
Q. Paralyticæ vsum linguæ.
R. Vita donauit plurimos vita functos;
Et pluries ignem compescuit.
S. Sterilitati prolem concessit:
At non fuissent diuinæ sapientiæ fructus,
Nisi essent honoris, & honestatis.
Ex prole prodiere innumeri
Epi-

Episcopi, & Barones.
Quia nec apicē præteriuit à lege, nec iota,
In Regno Cælorum maximus factus
T. A Deo cuncta impetrabat ad votum.
Id Deipara,
Quæ nec fallit, neque fallitur, est testata.
Vera redditus Patris imago,
Dominici,
Matrem Dei nactus est matrem.
Gaude fili Hyacinthe.
V. A tartaris irruentibus fugientem
Statua Dei genitricis alloquitur, & precatur,
Vt eriperet eā ab hostibus ingruentibus.
In periculis Matri
Reccurrendum erat ad natum.
Paruit Pius,
Et qui filium portabat in hostia,
In statua sustulit matrem.
X. Quæ Nubes leuis describitur à Propheta,
Nulli ponderi erat ferenti.
Licet statua esset grauissima, nō grauabat,
Elementum in propria sphæra,
Vel

Vel Maria erat in centro;
Scilicet in suo Hyacintho.
Sub hac cynosura, Mariâ,
Y. Et cum magnete, quæ de ligno
Omnia traxerat ad seipsam
Fugienti aquis, & terrâ
Felicissimum cessit iter.
Quæ pericula, vbi salus?
Iesus aderant, & Maria.
Positus sub ardentissima febri
Niueo Mariæ nomine, vt crystallo
Suā refrigerabat linguam, & guttur.
Z. Non respirabat spiritum alium,
Quàm suaue nomen Mariæ. (de.
Id erat in labijs, quod versabatur in cor-
Ad matres recurrunt filij in angustijs.
Hæc anima erat Hyacintho,
Maria:
Vt discederet ex hac vita,
Oportebat illam spirare.
Die sacro Assumptionis 1257.
Animam in manibus posuit Virginis,
Vt illam Maria transferret in manus Dei.
Quin-

Quinta decima mensis Augusti
Triumphalis fuit Mariæ,
Triumphalis fuit HYacintho.
Decebat vno, eodemque die
Orbem gemina hilaritate gaudere
Matris, & Filij.
Vt tanta securitate
Immortalem HYacinthus promoueretur ad vitam,
Emergere non debebat ex Ascendente
Minor stella, quàm Dei mater Maria.
Peracta non Quadragesima,
1. Sed annis quadraginta in Ordine deuotissimè,
Ascendit celebratum æternum Pascha in Cælos.
Eius animam
Ducente matre Virgine ad cælestia,
Resonabant per aerem cantus:
Cum HYacintho
2. Ibo mihi ad montem myrrhæ.
Ad myrrham, quæ, cum à corruptione præseruet,

Præ-

Præſagit æternitatem:
Clemens Octauus
3. Vt prioribus adderet ſeptem Hyacinthis Octauum,
Et hunc retulit inter Sanctos.
Clementis erat Octaui
4. Hoc noſtram Religionem Octauo
Non Orbis, ſed ſanctitatis miraculo decorari.

SCHOLION.

A. Cant.2.d.16. *Qui paſcitur inter lilia.*
B. Cant.5.d.14. *Manus illius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis.*
C. Habitu noſtræ Religionis induuntur quatuor præſtanti ingenio iuuenes, & ſanctitate inſignes in Conuentu Sanctæ Sabinæ à Sanctiſſimo Patriarcha Dominico Romæ, nempe S. Hyacinthus, Ceslaus, quem germanum fratrem S. Hya-

Hyacinthi, eisdem parentibus genitum fuisse produnt. Clemens VIII. consanguineum vocat. Hic fuit vir magnæ sanctitatis, de eo fit officium Vratislauiæ. Maluēda ad annum 1218. c. 25. Tertius fuit Henricus Morauus, Quartus Hermanus Theuto, etiam sanctitate, ac miraculis clari. Apud eundem ibidem. Mansit S. Hyacinthus post susceptum habitum Ordinis cum socijs duos, aut tres menses in S. Sabina sub disciplina S. Patris Dominici, post quos emissa more tunc recepto, per id tempus professione, missi sunt in Poloniam ad Ordinem propagandum. Maluenda ad annum 1218. c. 26.

D. Prometheus filius Iapeti, & pater Deucalionis, qui hominem ex luto dicitur formasse, & ex cælesti igne animasse.

E. Ad Polonos mittit Polonos, Hyacinthum, Ceslaum &c. In Apuliam B. Nicolaum de Iuuenatio Apulum, & in Hispaniam ipsemet proficiscitur. S. Antoninus

ninus, Flaminius, Antonius Senensis, Castillus, & alij.

F. Luc.4.d.24. *Nemo propheta acceptus est in patria sua.*

G. In Vandolo fluuio ambulat super aquas. F. Stanislaus lector Cracouiensis vetustus rerum S. Hyacinthi descriptor, F. Seraphinus Cracouiēsis lib. 1. vitæ S. Hyacinthi c. 12. Leander Albertus lib. 5. de viris illustribus Ordinis, & alij plures.

H. Plinius lib. 21 c. 11. *Hyacinthum comitatur fabula duplex, luctum præferens eius, quem Apollo dilexerat, aut ex Aiacis cruore editi, ita discurrentibus venis, vt Græcarum litterarum Ai, legatur inscriptum.* Hyacinthi pueri ab Apolline dilecti, & Aiacis fabulam Ouidius 3. Metamorphoseos describit.

I. Psalm. 148. *Aquæ omnes, quæ super cælos sunt laudent &c.*

K. Hæc F. Seraphinus Cracouiensis, Guilielmus Alanus in oratione, Abraham

Bzo-

Bzouius in Historia Prædicatorum Poloniæ, & in Annalibus Ecclesiasticis anno Christi 1233. n. 3. Maluenda ad annum 1241. c. 6. & alij.

L. Psalm. 73. c. 13. *Contribulasti capita draconum in aquis.*

M. Seraphinus Cracou. lib: 4. de S. Hyacintho, Hilarion Rangonus in oratione, Abraham Bzouius in Histor. Prædicatorum Poloniæ, Stanislaus Cracou. Auctor vetustus in vita S. Hyacinthi, Cynus Campanus aduocatus Consistorialis in relatione ad Clementem VIII. de rebus S. Hyacinthi habita in publico Consistorio, & approbarunt illud ipsum Rotæ Auditores, vt appareret ex Congregatione 31. Cardinalium, & Maluenda ad annum 1241. c. 6.

N. Clemens VIII. in Bulla Canonizationis: *Quodam tempore etiam cum per agros villæ cuiusdam Diœcesis Craconiensis inopum, ac pauperrimorum hominum segetes iniuria grandinis læsas passim, ac di-*

disiectas videret, non prius sibi ab oratione temperauit, quàm easdem incolis intactas atque integras reddidisset.

O. Seuerinus Cracouiensis lib. 1. eius vitæ, cap. 16.

P. Ex sequentia Missæ, & ex Alphonso Villegas.

Q. Paralyticæ vsum linguæ restituit. Castil. 1. p. lib. 1. c. 48. & alij.

R. Idem Castillus ibidem, Seuerinus Cracouiensis lib. 1. vitæ eiusdem S. Patris c. 9. & alij Posteriores.

S. Castillus vbi supra, Leander lib. 1. Maluenda ad annum 1241. c. 7.

T. Castillus 1. p. lib. 1. c. 48. & alij.

V. Cum in Kiouia Russiæ vrbe ad altare sacra perageret, tartaris confluentibus in ciuitatem, sicut vestibus sacris erat indutus, cum omnibus alijs Fratribus, accepto ex sacrario Diuinissimo Sacramento, fugam arripuit. Et cum per mediam Ecclesiam transiret, imago Gloriosæ Virginis ex lapide alabastri-

no, pondere quatuor, vel quinque talẽ-
torum magna voce post ipsum clamare
cœpit: O fili Hyacinthe, effugis manus
Tartarorum, & me cum filio meo disse-
candam, & conculcandam relinquis?
Accipe me igitur tecum. Ad cuius vocẽ
attonitus S. Hyacinthus dixit: O glorio-
sa Virgo, est nimis grauis isthæc imago
tua, & quomodo eã asportare potero?
Respondit Virgo: Accipe; quia alle-
uiabit pondus filius meus. Quo audi-
to Sanctus vir, vna manu Sacrum Chri-
sti Corpus tenens, altera imaginem
baiulans, quæ illi arundine leuior esse
videbatur per medios infideles, qui
monasterium depopulabantur, sangui-
neque omnĩa replebant, illæsus, vnà cũ
Fratribus, portam exiuit. Et per Bory-
sthenem fluuium substrata Fratribus su-
is cappa, siccis pedibus in alteram par-
tẽ fluminis traiecit. Proinde se, & suos
Fratres á periculo liberauit. Ad cuius
miraculi viuum, & sempiternum testi-
mo-

monium in fluuio hoc rapidissimo semitã reliquit. Imaginem illam secum vsque Cracouiam detulit, quæ ad pondus suum primum, quod lapidi natura dederat, iterum rediens à populis huc vsque in veneratione habetur. Hæc Seraphinus Cracou. lib. 1. Vitæ S. Hyacinthi c. 13. Hilarion Rangonus in Oratione, & alij plures apud Maluendã ad ann. 1241. c. 6.

X. Isaiæ 19. a 1. *Ascendet Dominus super nubem leuem.*

Y. Ioan. 12. c 32. *Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.*

Z. Ita S. Germanus Patriarcha Constantinopolitanus orat. de Zona Sanctissimæ Matris Dei: *Spiritus, & vita Christianorum. Quomodo enim corpus nostrum, vitalis signum operationis, habet respirationem: ita etiam Sanctissimum tuum nomen, quod in ore seruorum tuorum versatur assiduè, in omni tempore, loco, & modo; vitæ, lætitiæ, & auxilij non solùm est signum;*

gnum; sed ea etiam procurat, & conciliat.

1. Clemens VIII. in Bulla Canonizationis.
2. Cant. 4. b. 6. *Vadam ad montē myrrhæ.*
3. Hyacinthi septem sancti martyres fuerunt. Primus socius S. Prothi, ambo eunuchi S. Eugeniæ Virginis sub Gallieno Imperatore. eius festiuitas celebratur 11. septembris.

Secundus 3. Iulij passus est sub Traiano Imperatore. Tertius 17. Iulij. Quartus 26. Iulij etiam passus est sub Traiano. Quintus socius SS. Tiburtij, & Alexandri martyrum, quorum festiuitas colitur die 9. septembris. Sextus passus est in Lucania cum Sanctis Quinto, Lucio, & Feliciano. eorum festum recolitur 29. Octobris. Septimus passus est tempore Adriani, & Licinij Imperatorum. Colitur eius memoria 10. Februarij.

4. Miracula septem Orbis sunt Templū Dianæ Ephesiæ, quod summæ magnificen-

centiæ fuit, & admirationis apud priscos, ducentis viginti annis factum á tota Asia. Columnæ centum viginti septem á singulis Regibus factæ, sexaginta pedum altitudine, ex his triginta sex cælatæ. De hoc Plinius lib.7.c.38. & lib.16.c.40.& lib.36.c.5.& 14. Mausoleum ab Artemisia Cariæ Regina in memoriã viri extructum, sic dictum ab ipso Mausolo Rege. Colossus solis apud Rhodios, de quo Plinius lib. 34. c.7. Iouis Olympici simulachrũ, quod Phidias fecit ex Ebore. Apud eundem lib.7.c.18.& lib.14.c.3.& lib.35.c.8.& lib.36.c.5. Muri Babylonis, quos Semiramis Regina constituit. Pyramides in Ægypto, de quibus idem Plinius lib. 36.c.12. Domus Cyri Medorum regis, quam Menon arte prodiga, illigatis auro lapidibus, fabricauit.

Aliud ex P. Masculo Soc. Iesu :

Fecisti Hyacinthe, pulchritudine virtutis
vera
Deformem de altero Hyacintho fabulã,
Quem de forti Aiacis cruore natũ dixerũt;
Comparasti decus tibi ipse cruentus, &
asper.
Cum durum subiciebas pro puluinari la-
pidem.
Efflorvisti, nisi molliùs, certè pulchriùs.
Nullæ in te inscriptæ fuerũt flebiles notæ,
Nisi morientis Dei.
Exarescere tui decus floris haud potuit;
Quia prodigiosus fuisti in aquis maximè,
Puerum, quem vnda demerserat extinctũ,
Reddidisti vitæ.
Sed illo in primis expalluit Natura pro-
digio,
Cum Vandalum fluuium traiecisti
Sine nauigio altum, & rapacem;
Quinimmò oppasso pallio deuexisti eti-
am tuos.

Ausa

Ausa non est aqua pulcherrimum florem perdere:
Noluit ex Hyacintho facere Narcissum.
Fecit potius, vt apud se efflorescceres ma-(gis.
Quin etiam segetem vi procellæ deiectã
In integrum excitasti;
Restituta est messis beneficio floris.
Non visus es morte languescere;
Vt flos succisus aratro
Qui oratorum consuluisti labori.

S. ROSA

DE SANCTA MARIA.
Elogium XIII.

A. Quid foris hic admirare
Curiosius Abrahæ nepos?
Dominicana Religio est splendentissimum cælum;

B. Cælum eſt; ſed octauum.
Quocumque te verteris, ſagax,
Ad ortum, ad Occidentem,
Ad Arcticum, ad Antarcticum,
Vbique ſtellarum ſuſpicies multitudinē;
Sed quæ numerari non poteſt.
Sidus hoc, quod nuper aſcendit,
E Limenſi plaga emerſit:
Heſperus ſimul, & Phoſpherus;
Priori Orbi poſtremum, Indiæ primum.
Poſtremum,
Vt gratia meditans diu aliquid magni,
Ex Orbe vetere
Priorum tot exemplaria ſiderum
Recolligeret in hoc vno.
Diu parere cogitauit,
Quæ pariebat tantum æternitati.
Sanctitatem Indis largiri
Tot annis diſtulit Gratia
Ab Orbis creatione anno *6767.*
A Chriſti natiuitate anno *1668.*
Quoniam
Tantam promere felicitatem non licuit
To-

Tolerantia breuiore.
Et hoc quoque prodigium fuit,
Orbi penè decrepito
Præbere Rosas Autumno. (lata
Isabella nomine auiæ à parentibus appel-
Aliud nouum habet à cælo,
Rosa de Sancta Maria:
Vt nec nomen retineret à carne,
Quæ prorsus erat à Deo.

C. Candidus calculus erat ei,
Virginitas:
Sit in calculo nomen nouum.
Rectè Rosa, sed quæ præter nomen,
Voluptatis habuit nihil.
Rosa planè,
In spinis tota, & semper,
In cuius suauitatis odorem
Apis accurrens è cælis, Spiritus Sanctus
In Occidente
Ad Indiarum mellificauit delicias.
Hanc ad odorẽ, & cordis oblectamentum
Inter vbera sua reposuit Mater Dei.

D. Trimestri quiescente in cunis

Ro-

Rosa expansis foliis
E. In eius vultu apparuit mirabiliter.
Instar rotarum Prophetæ
Erat Rosa in medio Rosæ.
Sub Rosarij militatura vexillis
In cunabulis rosæ flosculo prænotatur:
F. *Surge propera*, Lima, *& veni*.
Iam enim hyems transijt.
Imber abijt, & recessit:
Ver adest tibi lætissimum,
Rosa tandem in terra tua
Apparuit sanctitatis.
Quæ fuerit, habes ex nomine;
Rosa,
Spinis congenita, spinis præcincta,
Et collactanea spinis.
In hoc non Rosa,
Quòd numquam hæc serpsit humi;
G. Hinc fixis ocellis infantula
Cælum iucundè visa est obtueri.
Statim explorat oculis,
Quò præfixerat sibi metam.
Oculatissimus animus
Fæ-

Fæditatem indignatus telluris
Aciem direxit ad cælum,
Quò direxerat desiderium.
Spectabat oculus, quò animus auolarat.
Vel Arsenium imitata,
Ibi, vbi.
Vel cum Henrico Susone,
Sursum habebat corda.
Suarum cogitationũ primitias,& verborũ,
Sacrauit sponso,
Senensique prima vota.
Hanc enim
Ante ferè diluculum rationis
Magistram sibi elegit.
Vix annum quintum egressa
Spiritu Sancto edocta
Virginitatis votum emisit,
Sibique amputauit capillos,
H. Quos nõ Veneri cõsecrauit, sed Christo.
Non habens in India sanctitatis,
Quæ imitaretur, exempla.
Attendit illa de Cælo,
I. Senensem.

Et quamuis maxima daret;
In tenerrima illa ætate
Semper spondebat maiora.
Virginitatem cautiús seruatura
A carnibus abstinentiæ voto
Perpetuæ se adstrinxit.
At non erat quòd vota nuncupasset vota;
Quæ de se Deo
Iam promiserat meliora.
Cibus adeo tenuis,
Vt paucis seminū granis cōtenta, nō raro
Abstinebat sibi à pane.
Et ne ad delicias frugilis
Cibum adhiberet, vel potum,
Siue bubuli fellis haustu,
Siue amarissimis herbis palatū inficiebat.
Commixtus amaritudine cibus
Quò durior est palato,
Eò animo est salubrior.
Sic ille:
Panem tamquam cinerem manducabam;
Et potum meum cum fletu miscebam.
Famem igitur,
Quæ

Quæ labentis oblita naturæ, oblita
Sui etiam videbatur,
Ad patibulum reuocabat.
Non edere, erat miraculum:
Natura non nauseante, vel stomacho,
Fel edere, & non respuere, miraculum, & tormentum.
At omnia in Rosa prodigia, & tormenta.
Vel tormentũ est, & prodigium tota Rosa.
Diuiniora dicam de ipsa.
Momentis vt mereretur in singulis,
Iugi inedia extenuatum corpusculum
Cilicio, catenis, flagellationibus,
Tormentis alijs cruciabat.
Clauum fixit parieti, eique capillos,
Quos ad tegendam coronã reliquerat;
Illigabat:
Vt si importunus somnus obreperet,
Cruciatu corporis penduli vigilaret.
Ne ad momentum vacaret à pænis,
Lectulum sibi construxit asperrimum;
Ex nodosis, & inæqualibus stipitibus scilicet,

Qui-

Quibus testarum fragmenta interposuit.
Sponsæ lectulus his floribus exornatur.
L. *Lectulus noster floridus.*
His si careat, Sponsus
In eo non inuenitur.
Saxũ, vel lignum adhibebat pro ceruicali.
Super hæc somnum duarũ horarũ spatio
Capiebat.
Nefas ducebat Virago
Aliquid quietis amplius dare ocellis,
Qui perassiduè animo sunt labori.
Quæris quietem Rosæ? Torqueri.
Tunc ipsa requiescebat, quando
Ad summũ suppliciũ requies sumebatur.
M. Somnus verè mors,
Non similitudo mortis in Rosa.
Quo equuleo semel exanimis
Sic confortata fuit à Sponso:
In Caluario pro te (Rosa)
Duriorem subij lectum.
Vna fides, & amor, genialisque torus vnus
Sponsis sit, non diuisus.
Innocentem promissam Virgini nurum
Non

Non cessabat quotidie verberibus mater
Connubium abhorrentem affligere.
Vicit Virgo, à qua Mater victoriarũ Maria
Erat, & Deus.
Immobiliter, & constanter (iuris.
Defessabat illa, quæ sua, quæ socri, & quæ
Promissa erat dudum Virginitas Deo,
Nullo decebat iure iterum homini de-
sponderi.
Inenarrabili tandem cordis lætitia,
Sublatis impedimentis,
Prædicatorum Ordinem init.
Studere hoc primùm cæpit Dominicana
Præcipuam ex Dominicanis Virginem
imitari,
Catharinam nempe Senensem.
Duriora indixit sibi.
Occultam sub velo coronam
Diris contextã aculeis capiti superposuit.
His decet Reginas Salomonis, & sponsas
Diadematibus coronari,
Vepribus, & aculeis.
Ita & ipse Rex de sentibus redimitur.
Vi-

Videtur Deus in rubo.
Sponsæ sic subarrantur á Deo:
Vt eleuentur ad thalamũ, & ad Regnum,
Ad supplicia destinantur, vt Sponsus.
Cogitationum incendijs
Ne redigeretur corpus in cineres,
Lacrymis occurrebat, & sanguine.
Homines, qui ægrotamus à sanguine,
Vt valeamus,
Hoc phlebotomo indigemus,
Cæsuris.
Quid plura? acuminata catena
Ductu triplici lumbos cingebat.

N. Castigabat, qui numquam impleti erant illusionibus.

O. Lumbos præcincta ardentibus cum lucernis

Erat de illis, quæ Dominum expectabant.
Ter singulis noctibus cum sanguinis effusione
Se asperrimè flagellabat.
Didicit hoc à Dominico.
Pipere oculos perfricabat.

Hoc

Hoc nouum eſt in Eccleſia.
Nec mirum: Procedit ex Orbe nouo,
Ne foras á matre egredi cogeretur,
Pedes ſibi lapide vulnerabat.
P. Pes ſi fugat, animus non conſiſtit.
Si ceciderit ille à recto,
Vná ſimul
Hic collabitur in obliquum.
Q. Omnes inſidias ſerpens
Fæminæ dirigit in calcaneum.
R. Mulier, vt ædificium, facta eſt:
Corruit, dum mouetur.
Ita ſolis inuelata cæleſtibus,
Velata viuebat Mundo.
Dominica quadam Palmarum
E ſinu Virginis Matris
Roſam ſic alloquitur puer Ieſus:
S. *Roſa cordis mei,*
Tu mihi ſponſa eſto.
Ex quo factum eſt,
Vt pronuba Dei genitrice Maria,
Myſtico cõnubio iuncta ſit illi,
Cui ſe toto corde deuouerat iã quinquẽ-(nis.

T Exin-

Exinde ſponſus cum illa
Familiariús viſus eſt agere.
T. Siue enim pingeret acu,
Siue incumberet orationi,
Siue in porticu ambularet,
Eam mirificè recreando.
Sæpius Roſæ apparuit Sponſus.
Simili fauore Deipara, (laris
Beata Catharina Senẽſis,& Angelus tute-
Proſequi Roſam conſueuerunt.
Cellam eius crederes Paradiſum:
Hanc tamen ſibi
Longitudine quinque pedum conſtruxit
Quatuor latitudine.
V. Aſtemia non in dolio, vt Diogenes;
Sed in caſula, vt Abrahamus
Tabernaculum expectabat,
Cuius conditor,& artifex Deus.
Hoc innocentiæ erat aſylum.
Iura Poli concluſerat Archimedes in ære;
X. Roſa ſub tugurio Ieſum.
Y. Non eſt nouum Paſtori
Sub ceſpite habitare.

An-

Anguſtiſſimum habitaculum (dicebat)
Satis tamen ſibi,& ſponſo.
Obedientiam culices docuit ;
Aues religionem.
O dignã pennigeris auditoribus Oratricẽ!
Alas feciſſet,aues ſi caruiſſent,
Tanta cernebatur in eis auiditas
Virginem audiendi.
Volabant aues ad illam:
Sub vmbra abſtinentiſſimæ
Non erat eis timendum.
In Roſis ad ſpinas colludũt aues,& volãt.
Cum inambularet pomario, ei
Ramos flectebant arbores in obſequium.
Sanctitas omnia poteſt.
Dum ſacra reficiebatur ſynaxi
Ardores iaculabatur ex vultu,
Quibus dextera ſacerdotis
Adurebatur hoſtiam porrigentis,
Quantum erat incendium cordis,
Quando extima ſic ardebant?
Deſcenderat hic ignis de cælo;
Placuerat Sponſo victima caſtitatis.

Pabulum aptum Diuinis ignibus spinæ.
Z. Ardet in rubo Deus.
1. Nec humido carebat, & pingui,
Sanguine, quem versabat.
Crebriùs visa
Accensa facie præfulgidè radiare:
Nec absumebatur incendio,
Tanta irrigabatur copia lacrymarum.
Hoc igni opposuit vallum,
Lacrymas suas.
2. Ignis est Deus; sed qui nutritur his aquis.
Illo in igne spiritum datum Ecclesiæ,
Crederes datum Rosæ:
Illuminabat, ardebat;
Sed absque combustione.
Vt in rubo, sic Deus erat in Rosa.
3. Cuius maximas visiones cum Moyse,
Abiectis calceis Pontifices admirantur.
Tamquam columna ignea in Ægypto,
Hæc flamma vicit tenebras apud Indos.
His splendoribus
Qui sepulchrum dicitur Solis, exinde
Lucidissimum reddidit Occidentem.
Nec

Nec minus lucebat mente, quàm ore.
Peruia illi cæleſtia erant arcana.
Multa futura prædixit.
Cogitationes cordiũ intimas penetrauit.
Totius vitæ decurſu
Nec minima ei labes obrepſit.
Virginitatem
Simul cum innocentia baptiſmali
Seruauit vſque ad obitum illibatam.
Ne ſenſus illam attingeret;
Inſcriptum è cælis habuit cognomẽtum.

De Sancta Maria.

4. Hoc, eſt *Noli me tangere*:
Non ſum Cæſaris; ſed Mariæ.
5. Domeſticis curis detenta
Cum non poſſet templum adire,
Interiecto pariete non obſtante,
Ac ſi perſonaliter præſens
Intererat ſacrificijs.
Adeo cum gaudio excipiebat conuicia,
Vt qui Roſæ
Aucupari gratiam voluiſſet, in eam
Vſus fuerit contumelijs.

Erant illecebræ, vt amareris à Rosa;
Eam odio habuisse.
Tametsi pugnent adinuicem
Amor, & odium,
In ipsa
Illicium erat odium ad amorem.
Iam me vocant
Perpetuæ infirmitates, calumniæ,
Internæ animi afflictiones, ariditates,
Desolationes, & cum diabolo luctæ,
Quæ omnia supra hominem sustinens
Superauit.
Virgo vt statuatur signum in cælo,
Non apud Olorem locanda;
Sed inter signa Scorpij, & Leonis:
Post multa, martyrio absoluto,
Quod tota eius vita
Perpetuum fuit, ac durum,
Suo à Sponso ad thalamum accersitur,
Sacris ritè munita, precesque fundens
Placidissimè fato cessit.
Miracula in vita, & post mortem,
Quòd innumera, subticentur.
Æta-

Ætate adhuc acerba;
Autumno non expectato;
Augusti cecidit vigesima quarta die:
Erat cælo satis matura.
Auida moriendi hac arte Parcas elusit;
Redundantia meritorum.
Anum cæca Numina suspicata,
Quæ annũ alterũ à trigesimo attingebat;
Interfecerunt.
Immatura cecidit quidem:
At virtutes si numerentur,
Ætates omnes exegit.
Iuuenis ad labores,
Prudentia senex,
Infantula innocentiâ
Gloriâ æuiterna.
Virgine cælum regente;
Sacra Virgo petijt cælum.
Virgine triumphante astrifera,
Erat Virgini triumphandum.
Etsi breuissimam vixerit vitam,
Duo secula tamen ornauit
Affluentiâ meritorum;

Quincenteſimum, quo incæpit,
Et quo deſijt, ſexcenteſimum;
Imo & totam,
Qua cum Sponſo regnabit, æternitatem.
MDCXVII. Annum,
Quem hæreſibus, & ſpurcitijs
6. Marcus Antonius de Dominis maculauerat,
Spirans animam Roſa,
Quà puritatis odore, quà fragrātiſſima fide
Eluit conſpurcatum.
Roſas
7. *Vna dies aperit, conficit vna dies.*
Hæc verò, cum Roſa ſit cordis Dei,
Adhuc immarceſcibilis è ſepulchrò
Fragrantià in perpetuum roſeaceà
Redolet, & vireſcit.
Numquam arent cineres ſanctitatis.
Adeo immortalitatis odorem conſeruat
In gremio mortis,
Vt in tumulo diceres viuam,
Niſi continua ſcaturigine
Ex prima ſepulcrali foſſa puluis ſubnaſceretur:
Ex

Ex hoc vnò colliges mortuam;
Ex reliquis immortalem.
Puluis hic,
Perpetuæ nutrimentum deuotionis,
Per vniuersam regionem delatus,
Ægrotis
Morborum prodeſt mirificè ad medelam:
Quæ totam vitam vixit vt moritura,
Puluere tam viuifico
Mortua fundit vitam
Etiam è ſepulchro.
Pluribus
In medio luminis fulgentiſſimi inſtar Solis
Coruſca apparuit pluries:
Ne hoc deeſſet Roſæ,
8. Quin ſignũ magnũ reputaretur in cælo:
Et reuera ſub pedibus habuit Lunam,
Omnes ſeculi vanitates:
Et in capite eius corona,
In qua
Tot ſidera, quot virtutes:
Satis eſt, calame, ſiſte;
Et de alijs prodigia ſcribe;
Vnum

Vnum prodigium eſt tota Roſa.
Supremum hoc ſit elogium ei,
Cælis,
Ex India Occidentali oblatam
Roſam primum floſculum ſanctitatis.
Eam Clemens Nonus numero Beatarum;
Decimus Virginum Sanctarum appoſuit:
Exaltanda erat in cælis clementiâ,
Quam depreſſit in terris auſteritas:

SCHOLION.

A. Gen. 15. b. 5. *Eduxitque eum foras, & ait illi: ſuſpice cælum, & numera ſtellas, ſi potes: & dixit ei; ſic erit ſemen tuum.*

B. Quadraginta, & octo imagines in Firmamento ſunt, quæ ita diſtribuũtur, duę vrſæ vergunt ad noſtrum Polum, hoc pacto, vt minor, ſeu Cynoſura ſit pedibus Zodiaci polum verſus, & maior, ſiue Helice tergo, & ſint auerſis caudis

cau-

caudis sibi inuicem aduersantes. Inter
has labitur draco. Super draconis ca-
put adest Hercules clauam tenens, per-
cussuro similis, & claua, & capite serpen-
tarium attingit, vt Hercules pedibus
vergeat in Boream, & serpentarius pari-
ter pedibus vertatur in Austrum. Post
tergum Herculis collocata est corona
Ariadnæ, & post hanc Bootes, qui pedi-
bus penè contingit Virginem, vt ser-
pentarius altero pede premit scorpio-
nem, & altero lineam Eclipticam ra-
dit. Hinc vtraque manu stringit An-
guem, cuius caput coronam penè attin-
git. Sub Herculis manu sinistra collo-
cata est Lira, vt manubriū ad Austrum
vergat. Post quod tendens ad meridi-
um nostrum Aquilam inuenis; at si re-
trò conuerteris iter tuum, Telum; De-
inde Cignum, qui expansis alis Liram
attingit, & cauda ad Cephæi caput ver-
git. Cephæus altero brachio tangit
Draconem, altera manu Cassiopeam,
& al-

& altero pede Minoris Vrsæ pedem ferè attingit. In regione Tauri est Erichthonius, in sinistro humero cuius ad sunt Hædi. Ante hunc est Perseus, qui caput Medusæ tenet sinistra manu, & dextera gladium, cuius capulo Cassiopeam penè contingit. Primò ante Medusæ caput est Deltoton, vel triangulus. Andromeda vergit pedibus ad gladium Persei, & capite ad Pegasum. Pegasus altero pede cygni alam dexteram premit, & capite Equiculum. Hic situs est inter hunc, & Delphinum. Hæ sunt imagines boreales.

Duodecim Zodiaci signa ita se habent. Sub triangulo situs est Aries: Taurus sub Ericthonio, & Perseo. Gemini, Cãcer, & Leo sub maiori Vrsa. Virgo spicam tenens sub Boote. Sub serpentario Libra, & Scorpio. Sub Aquila Sagittarius. Capricornus sub Delphino, & Equiculo. Aquarius sub Equiculo, & Pegaso. Pisces sub Pegaso pariter, & Andromeda.

In

In parte Auſtrali ſub aculeo Scorpionis conſtituta eſt Ara. Sub corpore eius videntur anteriora Centauri, in quo Beſtia ineſt. In Cancri, Leonis, & Virginis regionibus dilabitur Hydra flexuoſa, quæ in Leonis parte ſuſtinet Crateram, & in Virginis regione ſuſtinet curſum, & habet Argum intra ſe, & Zodiaci polum Auſtralem. Apud Argum eſt Canis maior, & Procyon, ſiue canis minor, vel Syrius Hydræ caput antecedit. Ante Canem maiorem Lepus adeſt, & ſub pedibus Orionis, qui eum penitus premit; A quo videtur fluere Eridanus, poſt quem Cetus eſt ſub Ariete, & Piſcibus. Adeſt Corona meridiana apud Aram, & ſub pedibus Sagittarij. Piſcis Auſtralis exiſtit ſub ſiniſtro Aquarij pede. Plura de his lege apud Piccolom. in ſphæra, Io: Paulum Gallucium in Theatro Mundi, & temporis, & noſtrum introductorium Aſtrologicum.

C. Ex Apoc. 2. c 17.

D. Ex Breuiario Dominicano.

E. Ezechielis 1.d.16. *Rota in medio rota.*

F. Cant.2.c.10. *Surge, propera &c. Iam enim hiems transijt, imber abijt, & recessit. Flores apparuerunt in terra nostra.*

G. Ex Breuiario Ordinis.

H. Berenices affectum erga Ptolomæum Euèrgetem ſponſum ſuum, oſtendit; qui cum paucis a nuptijs diebus expeditionem in Aſiam ſuſcepiſſet, ſollicita Berenice crinem ſe detonſuram vouit, ſi vir ſaluus reuerteretur ad propria. Voti compos, abſciſſam comam ad Aram Veneris conſecrauit: quæ poſt modum in cæleſte ſidus conuerſa fingitur á Poetis.

I. Hoc, & reliqua eius geſta ex Breuiario Dominicano.

K. Pſalm.101.b.10.

L. Cant.1.d.16.

M. Tullius in Catone ſomnum morti ſimilem appellauit. *Iam verò* (inquit) *videtis nihil eſſe tam morti ſimile, quàm ſo-*

somnum. Plinius 1.nat.hist.c.50. Idem fatetur. Virg.in 6.

Dulcis & alta quies placida simillima morti.

Silius lib.15.

Nox similes morti dederat placidissima somnos. Ouid.2.Amor.Eleg.9.

Stulte, quid est somnus, gelida nisi mortis imago? Horatius 1.Carm.24.Quintilij mortem nuncupat somnum:

Ergo Quintilium perpetuus sopor vrget.

Plautus etiam pluries vsurpauit somnum pro morte in Amphitr. *Homines quatuor in soporem collocasti*. Idest, interfecisti. Hinc quidam Philosophus interrogatus, quid esset somnus, respondit: *Parua mors*. Et rursus interrogatus, quid esset mors? respondit: *Magnus somnus*. Et Epaminondas circumiens militum vigilias, quendam dormientem interfecit: Et cum reprehenderetur, respondit: *Talem reliqui, qualem inueni*.

Virgilius in 6. appellauit illum mortis cõsanguineum.

Et

Et consanguineus lethi sopor.

Eodem vocabulo illum appellauere Homerus, & Hesiodus; qui præterea illum dixerunt, *Fratrem mortis germanum*. Pausanias lib. 5. Noctem, inquit, mortis, & somni parentem extitisse. Et apud Senecam: *Frater duræ languide mortis.*

Valerius Flaccus 8. Argon.

Tunc age maior ades, fratrisque simillime lethi.

Orpheus in Hymno loquens cum somno: *Germanus tu es obliuionis, & mortis.*

Scitè Gorgias Gerontinus apud Ælianum 2. variarum hist. c. 35. Cum sub vitæ exitum in somnum resolueretur, rogatusque esset, cur dormiret? respondit: *Iam somnus incipit me commendare fratri*, scilicet morti.

N. Psalm 37. b. 8. *Lumbi mei impleti sunt illusionibus.*

O. Luc. c. 12. c. 35. *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris &c.*

P. Psalm.

P. Psalm. 25. c. 12. *Pes meus stetit in directo*. Genebrardus: *Rectè constitit pes meus, non nutauit ad scelera.*

Q. Gen. 3. c. 15. *Tu insidiaberis calcaneo eius.*

R. Gen. 2. d. 22. *Ædificauit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem*. Caetanus ibi: *Ædificatio costa in mulierem ex ipsa metaphora ædificationis* &c.

S. Plures Sanctarum, Beatarumque nostri Ordinis S. Dominici Virginum fuere à Christo Domino desponsatæ: In primis Sancta Catharina Senensis, de qua B. Raymundus de Capua in eius vita, Spinell. in throno Deiparæ, S. Antoninus 3. p. tit. 25. c. 14. Iust. Miech. in Lit. Lauret. discurs. 404. nu. 11. Augu. Floril. in Chronol. Rosarij cent. 2. & alij, Beata Catharina Raconisia, de qua Hyacint. Coquet. de viscer. Matern. B. V. Erga Ordin. Prædicator. cap. 19. Mech. in Lit. Lauret. discurs. 404. n. 25. Hippo-

lytus Marraccius in Lilijs Mar. & alii. Obijt anno 1545. die 4. septembris.

Beata Catharina Riccia, quæ in Monasterio Diui Vincentij Pratensi floruit. De hac scripserunt Philippus Guidius in eius vita, Coquetius in lib. de Viscceribus Maternis B. Virginis erga Ord. Præd. Marraccius in Lilijs Mar. & alij. Obijt septem, & sexaginta annis, mensibus nouem, diebus septem nata; Anno autem ab Orbe redempto 1589. Vide Nostrum Altimurum Ecclesiæ anno. 1589.

Beata Stephana Soncinas, de qua, Balin: in Kal. Mar. 2. Ianuarij, Gen. in Chron. B. Virg. ad annum 1536 Hyacinth. Coquet. in lib. de Viscer. matern. B. Virg. erga Ord. Præd. Hippolyt. Marrac. in Lilijs Marian. & alij. Volauit ad superos anno Orbis redempti 1530. die 2. Ianuarij.

Tandem Cæcilia, & Clara de Bassi, quarũ meminit Magister F. Paulus Caraccio.

ciolus in triumpho S. Dominici lib. 2.
Hoc priuilegio potita est nostra Beata Rosa de Sancta Maria.

T. Hæc, & sequentia ex Breuiario Dominicano.

V. Hebræorum 11.b.9. *In casulis habitando &c. expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex, & conditor Deus.*

X. De Archimede Claudianus:

———— iura poli, regnumque Deorum
Ecce Syracusijs transtulit arte senex.
Percurrit proprium mentitus signifer annũ;
Et simulata nouo Cynthia mense redit.

Y. Christus de seipso Io: c.10. *Ego sum pastor bonus.*

Z. Exod.3.a 2. *Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi.*

1. Humidum pingue ignis materia.

2. Hebræorum, c.12.g.29. *Deus noster ignis consumens est.*

3. Exod.3.b.5. *Solue calceamentum de pedibus tuis.*

Summi Pontifices propter admirabilissimam Rosæ sanctitatem in eiusdem beatificatione, ac canonizatione dispensarunt super Decretis.

4. De Cæsaris cerua.

5. Ex eius mirabili vita, mortèque pretiosa, quas stylo nitidissimo, & omni elocutione ornato descripsit F. Leonardus Hansen magister Prou. Angliæ, de quo in nostro Altimuro, Ecclesi. anno. 1671.

6. Marcus Antonius de Dominis hæresiarcha, contra quem doctissimè, ac luculenter scripsit noster Magister Grauina.

7. Et ille:

Et non dum natas consenuisse rosas.

8. Apoc. 12.

SAN-

SANCTVS

LVDOVICVS

BERTRANDVS:

Elogium XIV.

Sole regnante in Libra
Iusti semper tenax, & recti
Exaltatur ad sidera Ludouicus.
A. Recte in domo Veneris moriens exaltatur,
Qui viuens
In Venerem cecidit numquam.
Vt eius illicó merita librarentur,
Expirauit Sole in Libra.
Pluuio sub Autumno
Maturus botrus colligitur:
Tunc largissimè in Ecclesiam autumnādo
Depluit gratiis Deus.
Lætare Dominicana Religio, cui

Collium æternorum è vitibus
Vindemiam præbet October:
Sub Autumno
Fluunt tua torcularia vino;
Vt eo
Per annum æternitatis
Lætificetur cor hominis in pressuris.
B. Valentiæ natus est:
Sed educatus in cælo.
Ludouici natiuitatem Pythagoras
Metempsicosim S. Vincentii affirmasset:
Penè
Vnius anima in altero cernebatur.
Astipularentur ei
Eadem patria, quæ Valentia,
C. Parentes Ferrerio toti addicti,
In vtroque
Mirabile donum linguarum,
Sapientia, mores, idemque institutum;
Quibus omnibus
Non tam fuere similes, quàm iidem.
Pueritiam, & adolescẽtiam in Bertrando
Ne quærito;

Nam

Nam ad asperrima natus, & dura
Teneri puer nihil admisit:
Hos teneros sensit affectus in pueritia,
Innocentiam.
Ludouicum si legis;
Ironiam interpretare:
Adeo tam seriò proximi
Operabatur salutem irrequietus.
Vel rectissimè Ludouicus,
D. Cum quo *in Orbe Terrarum*
Diuina sapientia colludendo,
Suas arbitrabatur delicias.
In puero Ludouico hi ludi,
Æternitatem à puero præstolari.
Hunc Philosophus hominem negauisset,
E. Cum risus
Eius ab ore perpetuò exularit.
In Ludouico ridere æquè fuisset mirum,
Ac in defuncto.
Et verè mortuus erat, in quo
Præter animam, quæ sanctissima,
Nil aliud erat humani.
F. Pietatē erga Deū, ac Beatissimā Virginē

Cum lacte hausit nutricis.
Itaque fuit virtuti
Vel collactaneus suæ,
Vel fuit ea imbutus
A Deo plenè sub ortu.
Nisi traxerit illam ex vtero genitricis,
Quæ sacrarium extitit probitatis,
Et totius schola virtutis.
In tenera adhuc ætate
Hæc tyrocinia posuit sanctitatis;
Numquam cubare in lecto, sed humi;
Ducere noctes insomnes;
Edere parciùs, sæpiùs mori.
Lustrare templa, visere sacras aras,
Quibus victimã apponebat immaculatã;
Seipsum.
Vt minus hosti placeret,
Maximo inter hostes, Corpori
Concedere cæpit minus.
Futurus Dominicanis à cunis
Suos imitari Duces connititur;
Dominicum, & Ferrerium,
Quorum pietas tota

Es-

Effluxit prorsus in eum.
Siderites attrahit ferrum:
Nunc primum Ferrum magnetem;
Videlicet
In Dominicanam Religionem Ferrerius
Ludouicum.
Adhuc in sæculo degens
Virtutes omnes complecti
Tam difficile fuit illi,
Quàm si pareret naturæ.
Diuino cultui deditus,
Susceptioni sacramentorum,
Et charitatis officijs,
Vt æmularetur charismata meliora,
Valetudinarijs operam suam locauit
Solo pretio charitatis.
Infirmis seruiens Xenodochij,
In morbis
Ambitum,& inuidiam faciebat,
Ita dulciter ministrabat.
Ægritudines in delicijs habebantur,
Vbi charitas administra.
Non curabat morbos attactu.

(Poterat quidem)
Ne comminueret sibi
Maximam illam segetem meritorum.
Adaucta in eo cum corpore pietate,
Seculi execratus angustias
Latiora cæpit meditari,
Cælestia.
In Prædicatorum familiam cooptatur.
Habitu Religionis indutus,
Scapularis æmulabatur candorem
Moribus,
Lacrymis luctum cappæ.
G. Sic domesticus Paradisi
Duplicibus conuestitur,
Virginitatis candore, ac pænitentiæ pullo.
At non habens propria crimina, quæ desleret,
Oculos suos, ne relinqueret otiosos,
Locabat, vt plangeret aliena.
H. *Iuuenis adhuc nouitiorum institutioni præfectus.*
Irrequieta sollicitudine illos
Ad omnem verbo, & exẽplo sanctimoniã effor-mabat.

Vt acerrimus sui vindex,
Sic paulò seuerior in eos erat censor.
Multò tamen mitior erat cum illis, quàm
secum.
Sub tanto Præceptore, ac Duce
Ipsamet elementa didicerunt obedientiã,
Quibus mutauit naturam, vel rapuit.
Ignem signo crucis compescuit,
Tempestatem sedauit,
Incendia extinxit,
Ferarum impetus retardauit;
Strumosos solo tactu sanauit,
Panes multiplicauit,
Cæcis lumen, restituit mortuis vitam;
Sermone donauit mutos, pedibus claudos.
Quinimò (nachus,
Quos abigebat à corporibus obediẽs mo-
De obedientia docuit dæmones.
Peripateticis disciplinis imbutus;
Vt deinceps verũ peripateticũ præseferret;
Docuit orbem perambulando.
Patriam suspiciens, cælum,
Dixit Valentiæ vale;
Cum

Cum messem suā non caperet Orbis vnus;
Alterum (vt reponeret) coactus est peragrare.
Aduolauit operosus
Quò vitium aduocabat.
I. Sicut & virtus,
Nescit Sol stare loco;
Ad occidentales properat Indos:
Illorsum consuetus est cursus Solis.
Nisi Apostolos suos viderit Orbis nouus,
Vidit illos in Ludouico.
Statim ibi
Apostolus ex Peripatetico redditus
Vernacula lingua intelligebatur ab omnibus.
K. Quoniam ipse Dux verbi;
Paulus Mercurius creditur:
Hic erat.& iure
Hac prodigiosa mercede prodigiosum
Munerandum erat silentium Ludouici,
Varietate linguarum.
Venenum bis sibi propinatum in India
Hausit innoxiè.
Offi-

Officere non est ausa iniquitas
Visceribus innocentiæ.
Semel,& iterum seruatur à morte,
Vt quotidie moreretur.
Partes ibi Pauli adimplens (sus.
L. Vt Paulus veneniferos nō metuit mor-
Timeant in poculis insidias Dynastæ:
Nam monachus in venena
Frugalitate vndique communitur.
M. Ieiunioris salina
Serpentes ipsos eneruat.
Amuletum salubrius inuenies nullum
Ieiunio. (rat.
Ita declinauit nolēs,quod diutius exopta-
Mortem scilicet.
Tēpestates, quas nō fuerat passus in mari,
In terra expertus est apud Indos.
Alia vice quidam ferens satis malignè
Culpas á Ludouico duriter increpari,
Vt Apostolum interficeret,
Sclopum strinxit in eum.
Prodigium!
Sclopus vertitur statim in crucifixum;
Ni-

Nimirum,
In pietatem impietas coram Pio.
Sic noxia iuuans durities,
Errore quodam naturæ,
Ex odio
Charitatis finxit idolum.
Molimen fuit Amoris,
Ex lethifero instrumento amanti
Viuificantem reddere Redemporem.
Sclopum planè in aurum vertisset Midas:
Ludouicus, quem amabat, in Crucifixum.
Apparuit illicò Christus,
Vt defensaret, quæ sua.
Non est passus, vt sagittaretur iam vltra,
Quem pridem Dei charitas sauciarat.
N· Ad copiam pacis, & messis
Quōdā gladios suos in vomeres cōflauere:
Ludouicus sclopum in Crucifixum:
Ex hoc vno sperabat annonam.
Adeo assuetus erat ærumnis,
Vt, cum durissima pateretur,
Duriora semper optaret.
Hinc obnixè

Fit

Frequẽtissimè Deũ deprecabatur dicẽdo:

Domine, hìc vre, hìc seca,

Hìc non parcas, vt in æternum parcas.

Hoc sibi quærebat ad gaudia.

Diuinus Amor

Febribus suis ægrotare facit amantes,

Sitire facit & eos

Non latices; sed tormenta.

Vox communis Nazarenorum:

O. *Aut pati, aut mori.*

Spiritu prophetico multa prædixit.

Plerisque cordis secræta detexit.

Quid mirum? Erat Principi à secretis,

Cui arcana Princeps non occultabat.

A Deo cum omnia impetraret ex votis,

Assequi nequiuit hoc vnum,

Vt eius mors careret delicijs.

In valle vixit absinthij:

At in mortis poculo

Nihil gustauit amari.

Moriturus audiuit arcana Dei, & vidit.

Quæ, quia loqui non licebat, obmutuit.

Qua hora expirauit,

Lux

Lux ingens fulguris instar
Ex eius ore egressa cubiculum illustrauit.
Sua è laterna erupit
Iamdiu interclusum permagnum lumen
Ecclesiæ.
P. Gedeon alter
Sic astantes tenebrarum hostes fugauit,
Luce.
Et benè Anima sacra
E tenebris ad luminum Patrem itura
Hoc se lumine adornauit.
Hoc se in morte probauit.
Q. Lucis filium fuisse in vita.
Erat de illis, qui ad nuptias Dominum expectabant.
R. *Et lucernæ ardentes in manibus vestris.*
Lux ergo inde discessit;
Cælestes concentus auditi sunt,
Cælum ipsum Animæ gloriosæ
Facibus, & concentibus solemniter parentabat.
Præluxit ei hac luce,
Vt de tenebris huius seculi exiturus
Hac

Hac præuia face deduceretur ad Deum;
Non quòd falli posset á via,
Quam annos LV. frequẽtarat sine errore,
Sed vt duceretur ad superos in decore.
Anno MDLXXXI. septimo idus Octobris.
Ætatis suæ LV.
Migrauit in cælum:
Anni,& vitæ suæ Autumno redditur Deo
Cui sub pueritiæ vere flosculos consecra-
rat.
Infelix Dominicana Religio,
S. Nisi tot, tantorumque Patrum super-
stitum
Possent virtutes
Hanc tibi iacturam maximam cõpensare.

SCHOLION.

A. Veneris domus diurna Libra est, no-
cturna verò, ac gaudium Taurus. Vide
in nostro Introductorio Astrolog. lib. 4.
c. 8.

B. Valentia vrbs insignis citerioris Hispaniæ.

C. Ex Breuiario Dominicano.

D. Prouerb.8.d.30.& 31. *Ludens coram eo omni tempore, ludens in Orbe terrarum: & delicia mea esse cum filijs hominum.*

E. Propria passio inseparabilis est à subiecto: imò etiam secundum multos Thomistas, de potentia Dei absoluta. Ita problematicè in nostra Logica cap. de Proprio in lib. Prædicabilium q.6. definiuimus. Proprium autem est, risibilem esse hominem.

F: Hæc, & sequentia ex Breuiario Dominicano.

G. Prouerb.31.c:21, *Omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus.*

H. Hæc,& sequẽtia ex Breuiario Dominicano.

I. Lucanus lib.1.

————————nescia virtus
Stare loco, ——————————

K. Act.Apost.c.14.B.11. *Vocabant Barna-*

na-

nabam Iouem, Paulum verò Mercurium: quoniam ipse erat dux verbi.

L. Act. Apost. 28. *Vipera à calore cum processisset; inuasit manū eius.——Nihil mali passus est.*

M. Ita Ambrosius Hexamer. & Plinius.

N. Isaiæ 2. A. 4. *Et conflabunt gladios suos in vomeres, & lancias suas in falces.*

O. Sic sanctissima Mater Teresia Deum alloqui solita fuit: *Domine, aut pati, aut mori.*

P. Iudicum 7. F. 19. *Cœperunt buccinis clangere, & complodere inter se lagenas &c.*

Q. Ioan. 12. e 36. *Vt filij lucis sitis.*

R. Lucæ 12. E. 35. *Lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos similes &c.*

S. Viuebant tunc in Ordine sanctitate, ac doctrina illustres F. Seraphinus Capponi à Porrecta, de quo in Diario F. Dominicus Maria Marchesius die 3. Ianuarij, Michael Piò, Ioannes Lopez Episc. Monopolitanus p. 5. Historiæ, &

nos in Altomuro Ecclesiæ anno 1614.

Item F. Ioannes Lopez, de quo Cardosa in Agiologio Lusitano, Antonius de Sousa in 3.p. Chron. Lusit. Franciscus Suarez Tuscus de viris Illustribus. F. Ioannes de los Sanctos in Æthiopia, Marchesius in diario die v. Ianuarij.

Item F. Gaspar Cordubensis, de quo Lopez, Marchesius in diario die 14. Ianuarij.

Item F. Franciscus Galassa, de quo Cardosa in Agilogio Lusitano, Antonius de Sousa 3.p. Chron. Lopez 4.p. Marchesius in Diario die 21. Ianuarij.

Item F. Hippolitus Maria Beccaria de Monte Regali vir doctus, & deuotissimus LI. Ordinis Magister clarus miraculis, de quo Cronicon Breue apud Constitut.

Item Nicolaus Alessi Perusinus, de quo Seraph. Rat. de Beatis, Piò de Viris illustrib. Ord. lib. 1. & alij.

Item F. Paulinus Bernardinus Lucensis vir

admirandæ vitæ integritatis S. Theologiæ Magiſter, ac regularis diſciplinæ obſeruantiſſimus, virtutum meritis, ac miraculis conſpicuus, quem meritò inter Beatos Confeſſores Ordinis noſtri reponit Martyrologium Dominicanū. De hoc Marcheſius in Diario, & alij.

Florebant, & alij penè innumeri tum litteris, tum ſanctitate conſpicui, de quibus allegati ſcriptores; & nos in noſtra Chronologia, & in Altomuro Eccleſiæ anno 1582. & ſequentibus.

BEATVS ALBERTVS MAGNVS.

Elogium XV.

Cynice; qui hominem quærens vagaris;
Extingue facem, & siste.
Hominem inuenisti clarissimum luce sua;
Albertum;
Hoc est, humani metam ingenij.
Immò
Vno in homine inuenisti
Tot homines, quot scientias.
A: Incapax litterarum cum esset,
Ad Theotocon Nouitius recucurrit,
Vt caperet.
Cælestis hæc erit scientia, & á Deo,
Cui est Alpha, Genitrix Sapientiæ.
Grandē præsagiunt hæc semina vbertatē.
Ger-

Germina veris portendunt ocitatem.
Dedecebat Angelos edocturum
Aliunde sibi quærere sapientiam,
Quàm à Deo.
Maior homine
Ab homine non poterat erudiri.
In Magistram
Parentem Verbi sortitus,
Mariam,
Adeo factus est inter sapientissimos Ma- (gnus,
Vt relinqueret in ambiguo,
In scientijs
Num potuerit fieri maior.
B. Alexander occupato minimo ex terra,
In pusillo dictus est magnus:
Albertus, quód scientias omnes è cælo
Deduxerit, & contraxerit in epitome
Suo sub capite vno
Acclametur Magnus in cælo:
An tantùm Philosophiã habuerit á Maria,
Ex libris eius coniecta.
Vel dedit Mater hanc solam;
Vt eum Verbum Theologia impleret.

De Filij passione, de Sacramento Altaris;
Cum vsura
Vtrique scientias reddidit,
Mutuò quas acceperat.
Quicquid in eo scientiæ cernebatur,
Quia totum erat Deiparæ,
Totum Verbi,
Totum erat supra naturam.
Hoc tantùm in eo erat naturæ,
Scientiæ naturales.
C. A Deipara
Quæsiuit has, non diuinas,
Non quia prætulerit,
Sed quia, cum humilis esset,
Non ausus est tanta exposcere.
Philosophus inauguratus á Matre,
Theologiam doctus à Filio,
Ne infusam tantum haberet,
Oratione, vigilijs, studio
Nactus est acquisitam.
D. Vtramque igitur habuit verus Adam:
Nisi quòd ille origo fuit peccati,
Hic vindex.
Ad

Ad magni famam Doctoris
Eius periſtylia,& exedræ
Facta ſunt Paradiſus.
In hæc enim Angeli confluxere;
E. Præter innumeros,Thomas,
Ambroſius ex Hetruria,
Thomas Iorgius Cardinalis ex Anglia
Cum ſeptem ſuis fratribus vterinis.
Thomas Cantipratenus, Vlricus;
Angeli Confluxere; nec mirum;
Reuelabat myſteria Cherubim.
Putabatur Angelos confluxiſſe,
Tantum cum puritate
Erat intelligentiæ in diſcipulis.
F. Exauſto ſpiritu à Iordano,
A quo ſuſceperat habitum,
Omnium in ſe vno
Compendium fecit virtutum.
Verè Magnus,
In quo nil minimi cernebatur;
Præter ea,quæ in alijs maxima putauiſſes.
Thomam habente Pariſijs auditorem,
Ordo noſter viſus eſt cælum;
Ade-

Aderant ibi luminare maius,& minus:
Nec ſine aſtris;Iorgio , & Ambroſio.
Cælum erat,& ſine nube;
Nam ſchola non admittebat errores;
Scholaſtici neque culpas.
Anno Redemptionis MCCXXXVIII.
G. Ad Generalatum ſancta contentione petuntur
Albertus ,Hugo,Raymundus:
Hic præficitur,non præfertur:
Sponſæ,Theologiæ
Orbis relinquendus erat Magiſter,
Albertus;
Biblijs Purpuratus,Hugo.
Regimini autem Raymundus.
Sic varietas chordarum in cithera
Perficit armoniam.
Concordi, concordes.
Nec quia Generalis Raymundus,
Albertus meritis impar:
Rachel compar eſt Liæ;
Sorores ſunt,& æquales.
Felix Dominicana Religio

Sub

Sub tanta triplicitate reposita !
Tandem maiorem factum seipso
Parua cella non capiebat.
H. A summo Pontifice
Educitur è cænobio Ratisbonam.
Natum ad labores Albertum
Vrbanus Quartus
Grauissimos eius labores laboribus mu-
nerauit,
Episcopatu.
Episcopum induens monachus
Illicò intellexit,
Quòd non vni viueret sibi, sed cunctis;
Hinc Annonam auxit virtutum.
I. Post triennium; defuncto Vrbano IV.
Episcopatu se abdicauit, & meritò;
Amplius non ferebant arctari
Caput tantum, & animus
Sub angustia infularum:
Reuenit ad cellam, & lætus;
Quòd ex ea liberiús Magno
Calamo, sapientia, cælis
Spatiandi erat facultas.

Pre-

Premuntur magna ingenia, non elen...ur imperio.

Non eleuando, non est iniqua Fortuna.
Redijt Magnus ad claustra.
Quis credet?
Sanctior, quàm abscesserat.
Omnia sunt miracula in Alberto:
K. Hoc maximum,
Ex aula, & vrbe discedere puriorem.
Redditus scholis eisdem,
Quæ Præceptoris absentia caligauerant,
Lumen reddidit, quod abstulerat,
Discipulis sua gaudia.
Reddidit discentibus cathedras,
Quæ erant, vbi Albertus.
Ipse gestabat secum
Scholas, & disciplinas.
L. Octingentos composuit libros;
Discipulos instruxit innumeros;
Æquè tamen doctos, & sanctos:
Fuisset sat vnus, Thomas Ecclesiæ.
M. Vel quód lignis dederit linguam,
N. Et perpetuò abegerit muscas à refe-
ctorio
O. Vel

O. Vel quòd incudem sciderit gladio;
P. Et in pisces verterit herbas;
Q. Vel quód cælesti stiterit equos influxu;
Et eius opera
R. Media hyeme arbores effloruerint;
Nil mirum: callebat
Vniuersa arcana Naturæ.
Hoc mirabile fuit in eo,
S. Coram Alberto
Totius Orbis oraculum, Thomam
Reuerentia siluisse.
Siluit, quòd disserente Alberto,
Nihil posteris relinquebatur addendum.
Siluit:
Maxima sapientia Magni sermone
Non poterat explicari.
Peperit in Thoma silentium admiratio,
Cum intellexit
In Alberto scientiam non inflasse.
Admiratus est,
Sub tanta ruditate ingenij
Omne scibile adunatum.
T. Amator feruentissimus paupertatis,
Pau-

Paupertatem vt à scõmatibus vindicaret,
Inuexit ardentissimè in Gulielmum.
Hunc irrisoriè dicam *de S. Amore*,
Adeo prosequebatur odio Mendicantes.
Numquam sic exornata visa est sibi,
Quam tali sub Oratore Paupertas.
Gyraldo etiam in Religionem arietanti
Gloriosus stationarius
Fortissimum opposuit aggerem,
Pectus suum.
Alter Hercules
Omnia monstra hæc
Vnica claua contriuit,
Calamo suo.
In hac penna ex Malachia
Sanitas Vniuersi.
Vt communia faceret niceteria;
Sibi asciuit commilitonem discipulum,
Aquinatem,
Amicum Bonauenturam.
Per id tempus
His tribus intelligentijs
Voluebatur Orbis Ecclesiæ:

In

In horum tribus capitibus
Erat Orbis Bibliotheca.
Verè in Thomæ, Bonauenturæ calamis,
& Alberti
Totius Ecclesiæ Panoplia militantis.
Cum omnia, quæ sub cælo sunt, didicisset,
Cæpit sibi altiorem quærere sapientiam
V. E sepulchro. (libri.
Hæc cathedra sapientũ, hi præceptores hi
Ex hoc tota Philosophia,
Per quod discimus, quo constamus.
Nihil didicit, qui mori non eruditur.
Petebat quotidie, vt doceretur, sepulchrũ.
In hoc fecit sibi Athenas.
Momentis moriebatur in singulis
Destinatus Æternitati.
Sic igitur moriebatur quotidie,
Vt semel tandem peroptimè moreretur.
X. Romæ in D. Petri Lectoris fũgẽs officio,
Prima in Ioannem lectione,
In principio erat Verbum:
Et Verbum caro factum est:
Cunctos de templo eliminauit serpentes.
Hoc

Hoc nomen Hæreticorum;
Quòd ab illo patre prognati,
De quo dictum est a principio:
Sed & serpens erat callidior.
De templo extemplo eliminauit serpētes.
Sic Auroræ solent exortu
Statim tenebræ dissipari.
Aurora fuit Albertus,
Non quòd dictus solùm ab Albo;
Sed quòd protulit Ecclesiæ Solem,
Thomam.
Templum Lateranense, quod labebatur,
Humeris sustinuere, Dominicus, & Franciscus:
Tu cum discipulo Thoma,
Vt sapiens Architectus,
Prioribus digitis tantùm,
Vel calamo, & ingenio.
Caput tuum vera Ecclesiæ officina,
In qua fulmina fabricata sunt in hæreticos.
Officina; sed absque fumo.
Nec aqua desiderabatur in ea;
Copia scilicet lacrymarum.

Quæ-

Quæris quàm Magnus fuerit?
Ex singulis metire discipulis;
Quorum vnusquisque fuisset satis
Orbem vt erudisset,
Eruditum vt emendasset.

Y. Planè magnus; sed abstinentia comminutus,
Maximus est effectus.
Ligno

Z. Archytas dedit volatum,
Hic vocem.
Adeo magnus fuit Albertus
In doctrinis, & sanctitate,

1. Vt adhuc eius obliuiones, & somnia
Permagna sint prodigia in Ecclesia.
Anno gratiæ humano generi factæ,
MCCLXXX. Die 15. Nouembris
Placidissimè è terris ad cælum attollitur;
Vt qui fidei dilucidauerat vmbras,
Lumen videret in lumine.

2. Tot annis superstes fuit discipulo,
S. Thomæ,

3. Quot Deus creauit orbem diebus.

Vidit & ipse bona; quæ fecerat:
Libros octingentos,
Discipulos penè innumeros, & sanctissimos,
Orbis, quem & correxerat, disciplinam.
4. Innumerorum (non trium vt Diagoras) filiorum
Victrices coronas sinu excipiendo
Anno ætatis suæ LXXXVII.
Præ nimia lætitia expirauit.
In eum gratulabunda Ecclesia
Vndique iace flores:
Nam, nisi fuisset Albertus,
Tu Angelicum non haberes.
Statim mortuus
5. Godefrido eius socio reuelauit
Sex millia animarum
A Purgatorio suis meritis liberatas.
Iure Magnus laureandus in Paradiso;
Ad gloriam, & decorem
Sibi tot animarum assumeret comitatum.

SCHO-

SCHOLION.

A. Ex Petro à Prussia,& Breu.Dominic. lect.V.

B. Seneca epist.91. *Alexander Macedonum Rex discere Geometriam infelix cœperat: sciturus, quàm pusilla terra esset, ex qua minimum occupauerat. Ita dico infelix ob hoc, quòd intelligere debebat, falsum se gerere cognomen: quis enim Magnus in pusillo est?*

C. Lege Flaminium cap.17. Baronium Annal.ad annum 1227.num. 20. Maluenda Annal.anno 1222.

D. Adamum habuisse scientiam omnium rerũ, in quibus homo natus est instrui; de supernaturalibus quoque tantam cognitionem accepisse à Deo, quanta erat necessaria ad gubernationem vitæ humanæ secundum statum illum: Insuper in scientia naturalium scibilium nõ profecisse quantum ad numerum scito-

rum; sed quantum ad modum sciendi: quia quæ sciebat intellectualiter, sciuisset postmodum per experimentum, docet S. Thomas 1. p. q. 49. art. 3.

E. Alberto Magno Doctore, Philosophiæ, ac Theologiæ operam dedisse Illustrissimum Christiani Orbis decus, & Ecclesiæ lumen, beatissimum virum Thomam Aquinatem habetur ex Breuiar. Dominic. & Authoribus pene innumeris. De B. Ambrosio Senēsi idem Breuiar. Dominicanum hæc habet: *Alberto Magno Doctore, & S. Thoma Aquinate condiscipulo, rerum humanarum, diuinarumque scientiam adeo comparauit, vt nullum esset doctrinæ arcanum, quòd ingenij magnitudine non penetraret.* De B. Thoma Iorgio Cardin. lege nostrum Altummurum Ecclesiæ ad annū 1311. De Thoma Cantiprateno, qui & discipulus fuit Magni Alberti, & eius doctrinæ magnus imitator, regularis obseruantiæ studiosissimus, vixitque in opinione

ma-

maxima sanctitatis, ipsemet testatur lib. 2. c. vltimo num. 10. Lege nostrum Altummurum Ecclesiæ ad annū 1263. Et de Vlrico, seù Vdalrico Argentinensi Theutonico, cuius meminerunt Bellarminus de Scriptoribus Eccles. & alij, vide ibidem ad annum 1276.

F. De mirabili vocatione B. Alberti ad Prædicatorum Ordinem lege Breuiar. Dominicanum lect. 4.

G. Ita Leander Albertus lib. 1. virorum illustrium, Castillus lib. 2. c. 16. Maluenda ad annum 1238. c. 1. & alij.

H. Ex Breuiario Dominicano, Castillo 1. p. lib. 3. c. 46. & alijs.

I. Ex Castillo 1. p. lib. 3. c. 46. Platina in Vrbano IV. & Cra.

K. Lucan. lib. 8. Belli Ciuil.

exeat aula

Qui vult esse pius, virtus, & summa potestas
Non coeunt.

Seneca in Hip.

Fraudes sublimi regnant in aula.

Idem in Thyest.

Vt nemo doceat fraudis, & sceleris viam, Regnum docebit.

L. Ex sequenti elogio, & alijs.

M. Vulgo sic fertur de capite illo à B. Alberto confecto; Id tamen negant Doctiores. Consule nostrum Altimurum Ecclesiæ ad annum 1280.

N. Lege ibidem.

O. Antonius Ricciardus in Commentarijs Simbolicis, Claudius Paradinus in Simbolis heroicis, Petrus Valderama serm. de S. Thoma Aquinate, & plures alij hoc tradunt etiam de S. Thoma Angelico scilicet fabricasse cultellum, quem philosophicum appellabant sub huiusmodi constellatione stellarum, vt eo incus quam facillimè scinderetur.

P. Fertur communiter in Religione, & maximè in Germania.

Q. De equis à Dionysio Argiuo fabrefactis lege Pierium Valerianum lib. 4. ibi enim refert quoddam venenum tanti

esse

esse roboris, & efficaciæ, vt cum Phormis *quidam Manalius equos duos à Dionysio Argiuo fabrefactos in Olympia dicasset, abdito in eorum altero, vt Elei arbitrabantur, eo viro, vt alij, in liquatum metallum immixto, constiterit allectos ita esse equos ad initum sui, vt non nisi flagellis amoueri potuerint.* Historiam ponit Pausanias.

R. Mirabili opera Magni Alberti media hyeme arbores efloruerunt herbæque germinarunt. Cuspinianus.

S. Guilielmus de Tocco: *S. Thomas in scholis quando fiebant disputationes, nihil loquebatur; vnde pluribus annis stetit sub Fratre Alberto, quòd nullum argumentum fecit, nec lectionem, nec collationem aliquam; sed omnia, quæ audiebat, notabat, & mente ruminabat: & sic taciturnus magnam scientiam acquisiuit, nullo hominum cognoscente. Et quia taciturnus erat, omnes cœperunt eum appellare, Bouem mutum.* Eadem prorsus habent S.

 An-

Antoninus, Garzo, Flaminius, Surius; Castillus, & Maluenda ad annum 1241. subdit Castillus 1. p. Chron. l. 3. c. 37. *Preguntaronle que porq; auia callado tres años en el general de Alberto Magno, respondio. Porque aun no auia yo aprendido à hablar delante de Alberto.*

T. Grauina de sacro Deposito cap. 22. *Paupertatis, & Religionis hostes Gulielmus de S. Amore, & Giraldus Doctores Parisienses mendicantium, dicatorum Deo hominum statum impugnabant; sed à B. Alberto Magno voce, coram Pontifice conuicti, à S. Thoma calamo prostrati, atque confossi & instante B. Humberto nostri Ordinis Generali, ab Alexandro IV. damnantur.*

V. Ita Castillus 1. p. Chron. lib. 3. c. 47. *Y cada dia visitaua el lugar donde tenia escogida su sepultura y alli rezaua las horas de los defuntos haziendose las exequias en vida como si estuuiera muerto.*

X. Magisterij sacri Palatij Romæ sum-

psit

psit habenas. Eliminasse serpentes à templo S. Petri, cum exponeret illud Ioannis c. 1. *In principio erat Verbum, & Verbum caro factum est &c.* fatentur Castillus 1.p. Chron.lib.4.c.46. Guilielmus lib.de Apibus,& alij.

Y. De abstinentia,paupertate,ardentissima deuotione in crucem Domini, & passionem, de humilitate, ac cæteris Alberti virtutibus lege Castillum 1.p. Chron. lib. 3.c.45. 46. 47.Lopez, & alios.

Z, Archytas Tarentinus columbam ligneam tam affabrè effinxit,librauit, inflauitque,vt viuæ volatum imitaretur. Fauorinus apud Gellium lib.10.c.12.

1. Cum dormiret,in somnis reuelata est ei expositio primi capitis de Ecclesiastica Hierarchia. Refertur à Castillo 1.p.Chron.lib.3.c.47.

2. D. Thomas obijt anno 1274. die 7. Martij B. Albertus anno 1280. die 15. Nouembris. Itaque fuit S.Thomæ super-

per-

perstes annos sex,& menses octo; diesque octo.

3. Sex dies Deus Orbem creauit. Gen. 2.a 2. *Requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat.*

4. Diagoras Rhodius tres habuit filios, vnum pugilem, secundum pancratiasten, tertium luctatorem: quos eadem Olympiade vidit vincere, & coronis insigniri. Cum autem tres simul filij coronas patris capiti imponerent, & suauissimè amplexarentur, præ gaudio in manibus filiorum animam efflauit. Gellius lib.3.c.15. Cic.1. Thusc. duos tantum filios coronatos asserit.

5. Ex Breuiario Dominicano lect.IX.
De B. Alberto scripserunt Scriptores rerum nostrarum;item Hiero. Zieglerus de viris Illustr. Germ. Cranzius lib. 8. Metrop.c.31.Platina in Vrbano IV. & alij penè innumeri. Consule nostrum Altimurum Eccles. Anno 1280.
Huius cadauer è sepulchro extractum,

post

post CC. annos integrum est repertum, nulla deformatione, nisi quòd mandibula parùm videretur collapsa. Quæ oculis conspexisse fatetur Cranzius lib.8. Metrop.c.31.

ALIVD.

Albertus Deiparæ philosophus.
Thomas Verbi theologus fuit.
Benè hic de Filio, benè ille scripsit de Matre.
Vterque magnus; sed ille Magister: hic discipulus.
Vter plura sciuerit, ambiguum est.
Vterque aliquid sciuit, post omnia.
In Alberto aliquid eminet: vnde supra alios magnus est.
Rudis ætate prima, & vltima.
Parum debuit naturæ, vt omnia deberet gratiæ.
Momento eruditus, momento indoctus.

Di-

Didicit omnia ſimul ; omnia ſimul dedi-
dicit .
Abſtulit ſcientiam, quæ dederat :
Vt ſciret, qui reddit , alienum eſſe , quod
redditur .
Benè vſus ſcientijs, quas acceperat com-
modatas .
Impleuit orbem octingentis libris .
Satis vnus omnibus Bibliothecis :
Nec mirum, ſi omnibus ſufficit , qui Tho-
mæ diſcipulo ſatis fuit .
Nec tantùm erudiuit Orbem , ſed correxit .
Emendauit in Guillelmo à Sancto amo-
re errores futuros :
Præparauit Antidotum venenis venturis :
Fallaces Aurelij , & pſeudo - Auguſtini
Expugnati ſunt ab Alberto , diu , ante-
quam nati .
Nulla opinio, etiam falſa, fefellit Albertũ .
Modum poſuit artibus curioſis , ne vltra
pergerent .
Oſtendit, vbi deſineret natura; vnde inci-
peret gratia.

Pe-

Petîjt à Virgine, ne falli posset; addidit illa, ne falleret.

Nemo errauit sub Alberto Magistro, & Thoma discipulo.

Media ætas Alberti illustris, omnis humilis fuit.

Magister sacri Palatij maluit Germaniam docere quàm Romam.

Ratisbonenses infulas sponte exuit,

Quas inuitus acceperat.

Vix inter suos Prouinciam regere voluit,

Qui ordini regendo par erat.

Fundator Ordinis futurus,

Nisi Dominicus præcessisset.

Qui omnia didicit á Maria,

Nihil melius didicit quàm Mariam.

Sciuit illam, antequam aliquid disceret.

Illam sciuit postquam omnia dedidicit.

Prima hæc vox erupit infanti, & vltima seni.

Denique

Dum èx cathedra dictat, non tam verba, quàm oracula:

Ob-

Obmutuit extemplo oraculum orbis;
Et cuius memoria sapientiæ promptuarium erat:
Id tantùm nunc meminit,
Se nihil amplius meminisse.
Nec mutum tamen Alberti silentiū fuit.
Albertus senex,& rudis
Adhuc Orbis Magister erat.
Probabat immemor diuinum esse,
Quicquid memor dictauerat.
Obiit Anno Ætatis 87.clarus miraculis:
Ipse eruditus,& rudis miraculum fuit.
Nec minore prodigio amisit scientias,
quàm accepit:
Beatus,qui amittere scientiam voluit,
Vt innocentiam retineret.

Post Elogium B. Alberti Magni Doctissimus P. F. Ioannes Vuilhelmus Lipman Ord. Præd. SS. Theologiæ Lector (inter alia,& D. Thomæ apposuit *Nec enim* (inquit) *laudari Albertus potest absque Thoma*

ma discipulo, nec Thomas absque Alberto præceptore; siquidem (vt ait Ambrosius lib. 2. de Virginibus) *primus discendi ardor, nobilitas est magistri.*

Aliud igitur S. Thomæ
Ex Petro l'Abbe Soc. Iesu.

Thomas Angelus erat, antequam esset doctor Angelicus:
Angelorum discipulus, & penè æmulus fuit:
Multa ab Angelis didicit;
Quædam Angelos docere potuit.
Aut Theologiā ad terras deduxit è cælo;
Aut sciuit in via, quod videtur in patria.
Audiuit Apostolus arcana verba, sed illa tacuit:
Quæ Paulo dicere non licuit, hæc Thomas dixit:
Mysteriorū cōpendium est Sūma Thomæ;
Col-

Collegit in ea quicquid doceri poteſt, aut ſciri:
Incluſit Hieronymos, Auguſtinos, Ambroſios, Gregorios:
Incluſit ſeipſum maior ſeipſo, & minor:
Epitomen fecit alienæ ſapientiæ, & Summam ſuæ.
Didicit omnes, qui Thomam intelligit:
Nec totum Thomam intelligit, qui omnes didicit.
Auguſtinus aliquando obſcurus, apud Thomam eſt clarus.
Vbi alii dubitant, Thomas non ambigit:
Vbi omnes deſinunt, inde incipit:
Inde progreſſus eò aſcendit, quò nemo præiuerat.
Sequitur præuiam fidem, & eam ducit.
Sociā facit Theologiā fidei, & Magiſtrā.
Oſtendit quicquid illa credit,
Neque aliud ſupereſt, niſi lumen gloriæ poſt Summam Thomæ.
De Deo ſic loquitur, quaſi vidiſſet;
De Angelis ſic diſputat, quaſi ſpiritus eſſet.

Ingenerat horrorem peccati, dum ostēdit:
Amabiles facit virtutes, dum describit:
Incarnatum Verbum sic explicat, quasi
vox Verbi.
Siste aliquando Thoma; peruenit ad Summum Summa tua:
Ire vlteriùs non potest, nisi aliquid quæras post omnia.

Bene scripsisti de me Thoma.

Probat scripturam hominis, qui character
est Patris:
Silete linguæ, vbi Deus laudator est:
Fallere non potest, qui laudatur, dum qui
laudat non fallitur.
Appellent homines Thomam Angelum
Theologiæ,
Dicant Pontifices Summam tot miraculis
constare, quot titulis:
Plus dicit vna vox *benè*:
Christus est Verbum Patris; Thomas aduerbium Filij.

Quam ergo mercedem accipies?

Quàm benè scripserit, collige ex testimonio;

Quàm benè vixerit, disce ex præmio:
Vt scias meritum virtutis, datur optio præmij.
Quid eligat, nisi Deum, qui nouit pretium Dei?
Nec potuit eligere maius, nec debuit minus:
Malè scripserat; si aliter elegisset.

HYMNVS
In honorem
S. THOMÆ AQVINATIS.

I.

PAnge lingua gloriosi
Dogmatis mysterium,
Et Aquini pretiosi,
Quem in lucem mentium,
Initar Solis radiosi,
Rex accendit gentium.

II.

Nostro datus, nostro natus,

Tho-

Thomas est in Ordine:
Et in scholis conuersatus,
Sparso Verbi semine,
Sui palmam doctoratus,
Miro tulit omine.

III.

Nam cum sacræ Corpus cœnæ
Descripsisset Fratribus,
Panis vini substans plenè
Solis accidentibus,
De me Thoma scriptum benè
Crux afflauit auribus.

IV.

Verbo vitæ verbum verum
Thomas semper afficit,
Eius stylus dulce merum,
Nec à fide deficit;
Ad docendum cor syncerum
Solus Thomas sufficit.

V.

Tantum igitur Portentum
Veneremur cernui;
Et Aquini documentum,

Idem in Thyest.

Vt nemo doceat fraudis, & sceleris viam;
Regnum docebit.

L. Ex sequenti elogio, & alijs.

M. Vulgo sic fertur de capite illo à B. Alberto confecto; Id tamen negant Doctiores. Consule nostrum Altimurum Ecclesiæ ad annum 1280.

N. Lege ibidem.

O. Antonius Ricciardus in Commentarijs Simbolicis, Claudius Paradinus in Simbolis heroicis, Petrus Valderama serm. de S. Thoma Aquinate, & plures alij hoc tradunt etiam de S. Thoma Angelico scilicet fabricasse cultellum, quem philosophicum appellabant sub huiusmodi constellatione stellarum, vt eo incus quam facillimè scinderetur.

P. Fertur communiter in Religione, & maximè in Germania.

Q. De equis à Dionysio Argiuo fabrefactis lege Pierium Valerianum lib. 4. ibi enim refert quoddam venenum tanti

esse

esse roboris, & efficaciæ, vt cum Phormis *quidam Manalius equos duos à Dionysio Argiuo fabrefactos in Olympia dicasset, abdito in eorum altero, vt Elei arbitrabantur, eo viru, vt alij, in liquatum metallum immixto, consistterit allector ita esse equos ad initum sui, vt non nisi flagellis amoueri potuerint.* Historiam ponit Pausanias.

R. Mirabili opera Magni Alberti media hyeme arbores efloruerunt herbæque germinarunt. Cuspinianus.

S. Guilielmus de Tocco: *S. Thomas in scholis quando fiebant disputationes, nihil loquebatur; vnde pluribus annis stetit sub Fratre Alberto, quòd nullum argumentum fecit, nec lectionem, nec collationem aliquam; sed omnia, quæ audiebat, notabat, & mente ruminabat: & sic taciturnus magnam scientiam acquisiuit, nullo hominum cognoscente. Et quia taciturnus erat, omnes cœperunt eum appellare, Bouem mutum.* Eadem prorsus habent S.

Antoninus, Garzo, Flaminius, Surius, Castillus, & Maluenda ad annum 1241. subdit Gastillus 1. p. Chron. l. 3. c. 37. *Preguntaronle que porq; auia callado tres años en el general de Alberto Magno, respondio. Porque aun no auia yo aprendido à hablar delante de Alberto.*

T. Grauina de sacro Deposito cap. 22. *Paupertatis, & Religionis hostes Gulielmus de S. Amore, & Giraldus Doctores Parisienses mendicantium, dicatorum Deo hominum statum impugnabant; sed à B. Alberto Magno voce, coram Pontifice conuicti, à S. Thoma calamo prostrati, atque confossi & instante B. Humberto nostri Ordinis Generali, ab Alexandro IV. damnantur.*

V. Ita Castillus 1. p. Chron. lib. 3. c. 47. *Y cada dia visitaua el lugar donde tenia escogida su sepultura y alli rezaua las horas de los defuntos haziendose las exequias en vida como si estuuiera muerto.*

X. Magisterij sacri Palatij Romæ sum-

psit

psit habenas. Eliminasse serpentes à templo S. Petri, cum exponeret illud Ioannis c. 1. *In principio erat Verbum, & Verbum caro factum est &c.* fatentur Castillus 1.p. Chron.lib.4.c.46. Guilielmus lib.de Apibus,& alij.

Y. De abstinentia, paupertate, ardentissima deuotione in crucem Domini, & passionem, de humilitate, ac cæteris Alberti virtutibus lege Castillum 1.p. Chron. lib. 3.c.45.46.47.Lopez, & alios.

Z. Archytas Tarentinus columbam ligneam tam affabrè effinxit, librauit, inflauitque, vt viuæ volatum imitaretur. Fauorinus apud Gellium lib.10.c.12.

1. Cum dormiret, in somnis reuelata est ei expositio primi capitis de Ecclesiastica Hierarchia. Refertur à Castillo 1.p.Chron.lib.3.c.47.

2. D. Thomas obijt anno 1274. die 7. Martij B. Albertus anno 1280. die 15. Nouembris. Itaque fuit S. Thomæ super-

perstes annos sex,& menses octo, diesque octo.

3. Sex dies Deus Orbem creauit. Gen. 2. a 2. *Requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat.*

4. Diagoras Rhodius tres habuit filios, vnum pugilem, secundum pancratiasten, tertium luctatorem: quos eadem Olympiade vidit vincere, & coronis insigniri. Cum autem tres simul filij coronas patris capiti imponerent, & suauissimè amplexarentur, præ gaudio in manibus filiorum animam efflauit. Gellius lib. 3. c. 15. Cic. 1. Thusc. duos tantum filios coronatos asserit.

5. Ex Breuiario Dominicano lect. IX. De B. Alberto scripserunt Scriptores rerum nostrarum; item Hiero. Zieglerus de viris Illustr. Germ. Cranzius lib. 8. Metrop. c. 31. Platina in Vrbano IV. & alij penè innumeri. Consule nostrum Altimurum Eccles. Anno 1280.

Huius cadauer è sepulchro extractum, post

post CC. annos integrum est repertum, nulla deformatione, nisi quòd mandibula parùm videretur collapsa. Quæ oculis conspexisse fatetur Cranzius lib.8.Metrop.c.31.

ALIVD.

Albertus Deiparæ philosophus:
Thomas Verbi theologus fuit.
Benè hic de Filio, benè ille scripsit de Matre.
Vterque magnus; sed ille Magister: hic discipulus.
Vter plura sciuerit, ambiguum est.
Vterque aliquid sciuit, post omnia.
In Alberto aliquid eminet: vnde supra alios magnus est.
Rudis ætate prima, & vltima.
Parum debuit naturæ, vt omnia deberet gratiæ.
Momento eruditus, momento indoctus.

Didicit omnia simul; omnia simul dedidicit.
Abstulit scientiam, quæ dederat:
Vt sciret, qui reddit, alienum esse, quod redditur.
Benè vsus scientijs, quas acceperat commodatas.
Impleuit orbem octingentis libris.
Satis vnus omnibus Bibliothecis:
Nec mirum, si omnibus sufficit, qui Thomæ discipulo satis fuit.
Nec tantùm erudiuit Orbem, sed correxit.
Emendauit in Guillelmo à Sancto amore errores futuros:
Præparauit Antidotum venenis venturis:
Fallaces Aurelij, & pseudo - Augustini
Expugnati sunt ab Alberto, diu, antequam nati.
Nulla opinio, etiam falsa, fefellit Albertũ.
Modum posuit artibus curiosis, ne vltra pergerent.
Ostendit, vbi desineret natura; vnde inciperet gratia.

Pe-

Petîjt à Virgine, ne falli posset; addidit illa, ne falleret.

Nemo errauit sub Alberto Magistro, & Thoma discipulo.

Media ætas Alberti illustris, omnis humilis fuit.

Magister sacri Palatij maluit Germaniam docere quàm Romam.

Ratisbonenses infulas sponte exuit,
Quas inuitus acceperat.
Vix inter suos Prouinciam regere voluit,
Qui ordini regendo par erat.
Fundator Ordinis futurus,
Nisi Dominicus præcessisset.
Qui omnia didicit à Maria,
Nihil melius didicit quàm Mariam.
Sciuit illam, antequam aliquid disceret.
Illam sciuit postquam omnia dedidicit.
Prima hæc vox erupit infanti, & vltima seni.

Denique

Dum èx cathedra dictat, non tam verba, quàm oracula:

Ob-

Obmutuit extemplo oraculum orbis;
Et cuius memoria ſapientiæ promptuari-
um erat:
Id tantúm nunc meminit,
Se nihil amplius meminiſſe.
Nec mutum tamen Alberti ſilentiũ fuit.
Albertus ſenex,& rudis
Adhuc Orbis Magiſter erat.
Probabat immemor diuinum eſſe,
Quicquid memor dictauerat.
Obiit Anno Ætatis 87.clarus miraculis:
Ipſe eruditus,& rudis miraculum fuit.
Nec minore prodigio amiſit ſcientias,
quàm accepit:
Beatus,qui amittere ſcientiam voluit,
Vt innocentiam retineret.

**Poſt Elogium B. Alberti Magni Do-
ctiſſimus P. F. Ioannes Vuilhelmus Lip-
man Ord. Præd. SS. Theologiæ Lector
alia,& D.Thomæ appoſuit** ***Nec enim*** **(in-
quit)** ***laudari Albertus poteſt abſque Tho-***

ma

ma discipulo, nec Thomas absque Alberto preceptore;siquidem (vt ait Ambrosius lib. 2.de Virginibus) *primus discendi ardor, nobilitas est magistri.*

Aliud igitur S. Thomæ
Ex Petro l'Abbe Soc.Iesu.

Thomas Angelus erat, antequam esset doctor Angelicus:
Angelorum discipulus, & penè æmulus fuit:
Multa ab Angelis didicit;
Quædam Angelos docere potuit.
Aut Theologiā ad terras deduxit è cælo;
Aut sciuit in via, quod videtur in patria.
Audiuit Apostolus arcana verba, sed illa tacuit:
Quæ Paulo dicere non licuit, hæc Thomas dixit:
Mysteriorū cōpendium est Sūma Thomæ;
Col-

Collegit in ea quicquid doceri poteſt, aut ſciri:

Incluſit Hieronymos, Auguſtinos, Ambroſios, Gregorios:

Incluſit ſeipſum maior ſeipſo, & minor:

Epitomen fecit alienæ ſapientiæ, & Summam ſuæ.

Didicit omnes, qui Thomam intelligit:

Nec totum Thomam intelligit, qui omnes didicit.

Auguſtinus aliquando obſcurus, apud Thomam eſt clarus.

Vbi alii dubitant, Thomas non ambigit:

Vbi omnes deſinunt, inde incipit:

Inde progreſſus eò aſcendit, quò nemo præiuerat.

Sequitur præuiam fidem, & eam ducit.

Sociã facit Theologiã fidei, & Magiſtrã.

Oſtendit quicquid illa credit,

Neque aliud ſupereſt, niſi lumen gloriæ poſt Summam Thomæ.

De Deo ſic loquitur, quaſi vidiſſet;

De Angelis ſic diſputat, quaſi ſpiritus eſſet.

In-

Ingenerat horrorem peccati, dum ostẽdit:
Amabiles facit virtutes, dum describit:
Incarnatum Verbum sic explicat, quasi vox Verbi.
Siste aliquando Thoma; peruenit ad Summum Summa tua:
Ire vlterius non potest, nisi aliquid quæras post omnia.

Bene scripsisti de me Thoma.

Probat scripturam hominis, qui character est Patris:

Silete linguæ, vbi Deus laudator est:
Fallere non potest, qui laudatur, dum qui laudat non fallitur.
Appellent homines Thomam Angelum Theologiæ,
Dicant Pontifices Summam tot miraculis constare, quot titulis:

Plus dicit vna vox *benè*:
Christus est Verbum Patris; Thomas aduerbium Filij.

Quam ergo mercedem accipies?

Quàm benè scripserit, collige ex testimonio;

Thomas est in Ordine:
Et in scholis conuersatus,
Sparso Verbi semine,
Sui palmam doctoratus,
Miro tulit omine.

III.

Nam cum sacræ Corpus cœnæ
Descripsisset Fratribus,
Panis vini substans plenè
Solis accidentibus,
De me Thoma scriptum benè
Crux afflauit auribus.

IV.

Verbo vitæ verbum verum
Thomas semper afficit,
Eius stylus dulce merum,
Nec à fide deficit;
Ad docendum cor syncerum
Solus Thomas sufficit.

V.

Tantum igitur Portentum
Veneremur cernui;
Et Aquini documentum,

Nostro dispar sensui,
Præstet nostræ supplementum
Virtutis defectui.

VI.

Genitori, Genitoque
Laus, & iubilatio
Procedenti ab vtroque
Compar benedictio;
Aquinatis scriptis quoque
Sua sit laudatio.
Amen.

Pangebat P. Frater A.S.S.T.D Ord. Præd.

Aliud

Ex P.F. DOMINICO GRAVINA
Ord. Præd.

S. THOMÆ DE AQVINO
V. Ecclesiæ Doctori.

1. Omnium doctrinarum curiosissimo
Exploratori.

2. Generoso athletæ cælestibus donis, & gratijs illito 3.
Volucri 4. cæli,
Sanctissimo Dei loquentissimo:
Cuius scribendi stylus
5. Instar fontis purissimi dulcis incedit, & placidus.
Qui 6. vbique locutione clarus est, & breuis, & simplex.
Acutus tamen, & altus
Et argumentationibus omninò vehemēs,
Et in his tanta vbertas, vt admirabilis sit.
Logicis autem methodis
Nihil tenuiter, nihil iuueniliter,
(Vt pueri, & rudes)
Sed philosophicè, sed magnificè vtitur.
In theologicis verò libris
7. Inoffenso pede, illorum tractatibus,
Illorum delectatus ingenijs,
In quorum libris pietas non vacillet.
8. Pancratiastes, & certator meritò adiudicatus,
Quod nedum illas dumtaxat, vel tunc, vel antea

Zizaniorum hæreses
Ex malitiæ semine fuerant exortæ
Fidei rectitudine propulsauit;
Verùm & eas, quæ in futurum
Perniciosè pullulare poterant,
Profeticis oraculis præuidens præcidit.
Quotquot ab eo scripta sunt volumina,
Demonstrationibus sunt plena.
Numquam ergo veritatis hic filius
Ab ipsa veritate deflexit.
Omnem antiquam, & nouam scripturam
Assiduo studio, vt quiuis alius
Studiosè versauit,
Accuratèque ad verbũ est interpretatus;
Et ab ipsa procreatione mundi, vsque ad
postremum gratiæ librum,
Quæ abdita, & recondita erant,
Spiritus adiutus lumine commentarijs il-
lustrauit.
9. In quibus calamum quasi ex spiritus
pixide mouet;
10. Cui pro pulcritudine virtus fuit,
Pro magnitudine Theologia,
Pro

Pro cursu perpetua agitatio,
Continuisque incrementorum gradibus,
Pro viribus denique doctrinæ semen, & distributio,
Adeo;
Vt nihil sit cur mihi dicere verendum sit:
In omnem terram sonum illius exisse,
Atque
In finem orbis terræ vim illius verborum.
11. Ipse os Ecclesiæ,
Aurea doctrinæ luscinia;
12. Feruidus veritatis assertor;
13. Lactei sermonis emanator,
Cui fuit æqualis doctrina cum vita,
Quando ei non paruis miraculis
Gratia diuinitatis arrisit?
14. Apertè intelligimus
Aduersus hæreticorum blasphemias
Munimen à Deo inexpugnabile præparatum,
Quod venturam quandoque
Vim hæreticæ impugnationis parato,
Idem muro, frangeret veritatis.

15. Tanti meriti apud Deum extimatus,
Vt quicumque ausus fuerit doctrinæ eius
In aliquo refragari
(In dogmatibus) ex hoc ipse,
Quia magis sit hæreticus arguatur.
Manifestum namque judicium est,
Non esse rectæ fidei,
Omnem, qui cum Thoma non concordat;
16 Cuius tanta in Christiana Republica est auctoritas,
Vt nullus vnquam eius dictis calumniam inferre
præsumpserit,
Sicut nec Athanasij documentis.
Tu ergo Cherubim Paradisi,
Qui positus es à Deo ad custodiam ligni vitæ,
Tua doctrina, & intercessione
Custodi vineam istam, quam plantauit dextera Crucifixi,
Ne singularis ferus in eam irrumpat,
Et pugiles fidei, & tuæ Doctrinæ
Defende.

Ma-

Magnus Orthodoxæ Fidei triumphus est;
Quod nostra tam validè probaueris,
Et his opposita tā potenter profligaueris,

SCHOLION.

1. Tertullianus 5. Contra Valent.
2. Epiphanius hær. 31.
3. Chrisostomus apud Anast. Biblioth.
4. Damascenus lib. 2. c. 3.
5. Hyeronims Epist. 13. ad Paulinum: *Tertullianus creber est in sententijs, sed difficilis in loquendo. B. Cyprianus instar fontis purissimi dulcis incedit, & placidus, & cum totus &c.*
6. Photius ad Taur.
7. Hieron. ad Lætam Epist. 7. lib. 1. *Cypriani opuscula semper in manu teneat. Athanasij, & Hilarij libros inoffenso decurrat pede.*
8. Nissenus in vita Ephrem Syri.

9. Na-

9. Nazia(nz.in laudem Basilij
10. Nissen. in vita Ephrem.
11. Magister meus Nazarius in Opusc.
12. Eulog. apud Photium in Bibliot.
13. Cassiodorus de diuina instit.c.2.
14. Cassianus de Incarnat. Verbi c.30.
15. Ruff. in hist.
16. Cælest. epist. 3. ad Cyrill.

Vita D. Thomæ Aquinatis per Anagrammata

A quodam Neapolitano elegantis ingenij Viro disposita, ac digesta apud Admod. R.P.S.Th. Magistrum F. Gabrielem Marletta ab Argentio in Comment. ad p.p. D. Thomæ tomo VII.

Sanctus Thomas de Aquino Ordinis Prædicatorum.

Ana-

ANAGRAMMATA.

1. Nascitur è Thaeodora, ac quasi sol prodit in Mundum.
2. Honorandus Doctor, quasi panem, sic edit Aue Maria.
3. Quarto iam anno sanctissimus puer cor Deo dicat.
4. Quoniam inter pios monachos educandus traditur.
5. Sed modó studiorum causa hinc trãsit Neapolim.
6. Hìc dum orauit, conuertit quosdam panes in Rosas.
7. A Domino inductus se Prædicatorũ astris ornat.
8. Matrisque iram non curans, sua domo discedit.
9. Sed ò! à Christo ad domos maternas inuitus capitur.
10. An nosti, quòd is homo Dei raptus, carceri damnatus?
11. Modò ad castrum Sancti Ioannis

per-

perducitur Haeros?

12. Pro maiori Custodia in quadam arce innodatus est.

13. Modò in carcere inuasus, de satanae odio triumphat.

14. Candidus homo ardorem carnis titione quassauit.

15. De aquis orta Venus, si hinc ardorem oppones, cadit.

16. Iam à somno correptus, candida chorda munitus est.

17. Imò sane ad crucem orans, puritatis dono ditatus.

18. Non cadit sororum impetu, inuasus audacior adest.

19. Sic quia homo est prudens, non audit dicta sororum.

20. Quinimò è Mundo attrahit ad diuina Sorores ipsas.

21. Necnon addas, quis per muros dimittitur castus homo.

22. A Castro, dono Dei iam missus Parthenopen dicitur.

23. Scies,

23. Scies, quòd inde triumphandi causa
Romam transit.
24. Sed à Ioanne Theutonico Romà
adductus Parisium.
25. Nunquam suo se dat studio, nisi
peracta orandi hora.
26. An homo priusquam doctrinas de-
disset, non tacuit?
27. Studio demit horas, orationi, ac
precibus mandans.
28. Christi dona oratione magis, quàm
sudore adeptus.
29. Quisnam hoc castior, aut sapientior
mundo adest?
30. Ideoque Dominus tantùm ipsi co-
ronas dat sacras.
31. A Domino Romanæ Sedi custos,
ac turris adponitur.
32. Quos, vt dicam, pro hac dilatanda
non emisit sudores?
33. Quos haereticorum sua ipsius do-
ctrina non damnat?
34. Quos Christianorum ipsamet do-

ctr.

ctr. à non adiuuat?

35. A Romano Pastore desideratus, ad Concilium venit.

36. Sed in monasterio de Phossa noua cadit, ac moritur.

37. At moriens, quasi candidus olor, cantus depromit.

38. Introductusque á Christo Domino in Paradisum est.

39. Sanctum Sacerdotem Paradisi Dominus coronauit.

40. Tu solus mundi honor, ac mira sapientia decoratus.

41. Quia candidus homo, à Dei matre coronis ornatus est.

42. Quám vera das nobis tua scripta de Christo Domino.

43. Nouos, mirosque tua emicans doctrina dat radios.

44. Qua nouà doctrinà tua Haereticos omnes disperdis.

45. Tu ipse mundi osor, carnis, ac Daemonis deuastator.

46. A

46. A Deo quidem Sanctissimus Patriarcha dona datur.

47. Et quis tu? Omnium corda rapis, ac Deo donans trahis.

48. Et addo, quód innumeras tuo Christo animas carpis.

Sanctus Thomas ex Aquino, vir magnus Ecclesiæ Doctor, & Ordinis Prædicatorum decor.

Anagramma.

Aureus exposuit moriens sacra Cantica Doctor;
Sed qui cignus erat, dat moriendo melos.

Thomas de Aquinis Ordinis Prædicatorum, vir candidus, & Ecclesiæ ornamentum.

Anagramma.

Mundum despiciens, ac terrea serta triumphans;
Divitias cælo condidit ore, manu.

Pulcherrima hæc anagrammata visa sunt

pri-

primo intuitu mihi;at non sunt pura. In primo Radix habet i. quæ in anagrammate mutatur in l.& additur u.& Theodora, quæ venit græcè a theos, id est Deus, & dora, hoc est donum, ponitur mendosè cum diphtongo.

In secundo Radix habet t. s. quæ in anagrammate mutantur in a. e. & sic de reliquis.

In primo disticho in radice sunt h. c. quæ in anagrammate mutantur in vnam s.

His Discipuli,& Magistri aliud S. Thomæ mihi placuit annectere in hoc loco elogium,

S. THOMAS AQVINAS.
Elogium XVI.

Thomas vix natus,
Vt Angelum præ se ferret,
Pro lacte,de his aliquid,

A. Quæ

A. Quæ de mensa Trinitatis ab Angelo
Mariæ fuere apposita, deglutiuit;
Salutationem Angelicam.

B. *Visio, vel intellectio Dei*
Lac & panis est Angelorum.
Per hoc, antequam adolesceret,
Qualis futurus esset, edocuit,
Propensior in Mariam.
Infantulo hæc prima infuit pietas,
Hæc vltima morienti.
Natura, nõ magisterio pueri mãducamus:
Thomam vagientem (tendo
Supernaturalia intelligere, & edere appe-
Prorsus fuit supra naturam:
Nisi hæc meditari puerulum,
In Angelico propè dixeris a natura.
E pueris nondum excesserat,
Et iam erat pauperum Pater.

C. Panes vertit in rosas;
Ver afferebat Ecclesiæ.
Ætatis suæ sub vere
Rosas profert, ac flores:
Sol noster

Aa Da:

Dabit segetes sub æstate.
Puerulus cũ ad pauperes panem portaret,
Interrogatus à patre quodnam haberet in
sinu?
Respondit rosas: & explicata veste,
Rosæ apparuere pro panibus,
Quos ad alendos inopes recondiderat.
Nè os Thomæ vel vnico saltem mendacio
fœdaretur,
Extemplò natura ipsa mutatur.
Erat os veritatis,
Cui cum mendacio nihil.
Thoma coram mendacium ne consisteret,
D. In aliam pisces repente abeunt formã.
Doctor est veritatis,
Non fallitur, neque fallit.
Sol est;
Sed Eclipsi nulli obnoxius falsitatis.
A fratribus in itinere interceptus
Carcerali custodia mancipatur;
Quod est dicere:
Sol in Gemini detinetur.
E Geminorum fratrum nodo
Ad

Ad tropicum deducitur æstuosum :
Efferuet ibi pro Cancro fæmina impudica.
Huius fugauit ardorem titione.
E. In hac fæmina vssit hæresim fæminatã;
Prodigiosè libidinis, & inferni
Congestas flammas
Vnico titione deuicit.
Scilicet nouus Hercules
Vnica flamma
Vniuersa capita Hydræ.
Vnico congressu omnia superauit :
Commilitonem habebat Deum.
E Gemini Elapsus, & Cancro,
Vt in Leone
Flagrare cæpit ardentius.
Adeò Peripateticus, vt Aristotelis anima diceretur ;
Nisi quód eius doctrina in Orbe
Non ambulatoria est, sed firmissima :
Vt Magistra sedet in scholis.
Christus est Verbum Patris :
Vox autem Verbi Aquinas;
Vel interpres Diuinitatis.

Sedet ille ad dexteram Genitoris;
Thomas
A dextris assistit Patribus in Concilijs.
Sub Alberto sanctissimo Præceptore
Verba omnia erant oracula.
Prophetabant filij eius:
In hoc vno eius discipuli errauerunt,
Cum te bouem dixerint mutum:
Nam etiam cum taceres, erant
Vocalissima in te omnia.
Thoma,
Ex te viso, velut ex tomo,
Cum virtutibus
Omne scibile noscebatur.
Si ex ore tantùm facundia Thomæ,
Angelicus
Non loqueretur vt Angelus, sed vt homo.
Nisi lapis lydius veritatis,
Sol est:
Vt experiamini ingenia
(Scholastici)
Ad istum Aquilarum more volate.
Si inspexeritis,
Estis

Estis soboles veritatis.

Benè scripsisti de me, Toma:

Numquam benè scripsisset de Filio;

Nisi æque benè scripsisset de Genitrice.

Venit, vt testimonium perhiberet de Verbo Ioannes:

De Thoma Verbum perhibet testimonium.

Benè scripsisti de me, Toma.

Ex hoc vno

Quantæ fuerit sapientiæ dimetire;

In quo omnia dicit Pater,

Verbum habuit laudatorem.

Quam ergo mercedem accipies?

Quæ nullis casibus cadat,

Te Verbum, quod semper præsens:

Quod productum, non declinatis.

Quod intransitiuè,

Quod omnes respuis casus.

F. *Romæ in Basilica S. Petri*

Mulierem quæ vestem eius tetigerat,

A fluxu sanguinis liberauit.

Fimbriam tetigit Fæmina,

Sensit Thomas tactum in corde;
In hoc pietas excubabat
Ad remedia populorum.
Dedignatus est Thomas orari;
Attingi voluit tantum:
Ne pudicissimo coram mulier
Cum pudoris quadam iniuria
Morbi sui patefaceret immunditiem.
Audacter tangens
Non expostulat medicinam á medico:
Nouerat eum paratum esse offerre.
Tetigit vestem, non aliud:
Hæc, vel vmbra in Thoma
Cuicumque satiùs erat curationi.
G. *Scholas Thomæ Paulus ingreditur*
Sacra simul fantur mysteria.
Arcana, quæ non licuit homini loqui,
Paulus loquutus est Aquinati;
Quòd hic Angelus.
Doctor Gentiũ Paulus, Thomas Ecclesiæ:
Vterque sciuit quæ sua.
Paulus reuelat Thomæ,
H. Vt hic scriberet contra Gentes:

Enu-

Enucleat Sanctus Doctor;
Paulus quæ scripserat ad Ecclesiam.
Raptus Paulus vidit arcana Dei:
I. In raptu vidit Angelicus; sed frequētiùs.
Quæ viderant;
Sacra simul fantur mysteria.
Paulus est Gentium Doctor;
Angelicus Paradisi.
Iure igitur
Quæ Paulus de Gloria siluit;
Angelicus reuelauit.
K. Thomas potiús geminus, quã abyssus,
Et planè hi gemini sunt Ecclesiæ,
Apostolus, & Angelicus.
Vtrique patuit latus:
Nisi quód fidē ille incredulus stabiliuit;
Hic fidelis Theologiam.
De Eucharistia scripsit admirabilia:
Os hauriebat è latere Redemptoris,
Quæ paginis effundebat.
Nec quia in scribēdo de Augustissimo Sacramento
Pluteum sibi fecerit latus Christi,

Non euolabat ad caput:
Dabat cordi, non adimendo ingenio.
Semper tamen ſtabat ad pedes:
Hos elegerat ſibi libros.
Summam ſapientiam arbitratus eſt
Sequi Chriſtum.
Vt eius veſtigia accuratiùs obſeruaret,
Pedibus inſiſtebat.
Ad pedes iaceas humilis,
Vt ſolium gloriæ teneas,
Et ſedes cum Principibus.
Iuſſu Gregorij Decimi
Pergens ad Concilium Lugdonenſe,
In itinere à ſuperis vocatur ad Cælos.
Sufficiebat Concilio Summa Thomæ.
Rogatu Ciſtercienſium, æger licet,
Cantica Canticorum expoſuit.
Sic fato cedunt olores,
Cantando.
Cantabat in morte;
Excluſerat viuens materiem lacrymarū.
Sub breui à flumine Babylonis,
In quo lacrymæ, ſoluturus,
Can-

Cantabat.
Instabant Martij Nonæ
Cum hyeme transierat imber,
Apparuerunt flores in terra:
Ob id vox turturis audiebatur cantantis.
Addictissimus paupertati
Dæmone cantabat *coram latrone viator*.
Mors tamen,
Quæ ad Angelum accedere formidarat,
Vt cognouit Angelicum viatorem,
Occidit illum in via.
L. Occidit, surgente Aurora, in terris;
In Cælis vt oriretur Sol noster Æternitati.
M. Ex morbo, ac lassitudine pedum
Se collegit
Metam stadij percurrisse:
Hinc propiùs palmam ouabat.
Et cum illa verba exponeret Canticorum,
N. *Veni dilecte mi, egrediamur in hortum*,
Inuitatus à Trinitate
E Fossa noua perrexit ad Paradisum.
Hoc semper admirabile fuit in Thoma,
Eius opera numquā diuersa fuisse à dictis.

O. Di-

O. Diuina reuelatione Albertus
Cognita eius morte plorauit:
Perpendit sublimissimus mathematicus;
Orbi
Quid inferret Eclipsis Solis.
Vt clariorem redderet mortem;
P. In cælo statim
Nouum sidus accendit Natura.
Non satis stellarum habebat,
Vt tanto funeri cælũ præficum parẽtaret;
Ei apponitur & hoc nouum.
Effractis catena, & fræno ad templum
Q. Cucurrit è stabulo mulus,
Qui ad aspectum funeris expirauit.
Aquinas
Adhuc bestijs extitit venerabilis;
In Ecclesiam cucurrit mulus:
Vt in hac maxima Ecclesiæ Hecatombe
Seipsum in victimam daret.
Repentè obijt mortem:
Ne alium admitteret, post Angelicum, ascensorem:
In morte, & post mortem

In-

Innumeros penè habuit Oratores;
Habiturus tamen meritis numquam parē,
Reliquit suos articulos laudatores,
R. In quibus quot tituli, tot miracula:
In alijs Doctoribus prodigia recensemus,
In Aquinate
Miracula sunt ipsæmet dictiones.

SCHOLION.

A. Salutationem ad Virginem, *Aue gratia plena &c.* confectam fuisse à Beatissima Trinitate, tradunt B. Albertus Magnus super Missus est, S. Antoninus 4. p. tit. 15. B. Alanus 1. p. cap. 2. & D. Bernardus apud Mauritium Villæ probatæ. Vide in nostro Aduentu conc. cuius titulus, *il Silentio*.

B. Lege D. Augustinum lib. 3. de Libero Arbitrio c. 10. tom. 1. & tom. 8. in psalm. 77. & in psalm. 134.

C. Ex Maluenda ad annum 1237. c. 34.

D. Trichias infirmum vertisse in pisces alte-

alterius speciei refert Castill. 1. p. Chro. lib. 3. c. 32.

E. Omnes hæretici adiuti sunt patrocinio meretricum. Hieronimus 1. p. epist. 13. tract. in Pelagium: *Infirma muliere abutitur ad malitiam*.

Simon Magus Helenæ meretricis adiuuabatur auxilio. Nicolaus Antiochenus choros duxit fæmineos. Marcion Romam præmisit mulierem. Apelles Philomenam; Montanus Maximillam, & Priscam; Donatus Lucillam; & tandem Lutherus habuit Catharinam Boram monialem: Rectè igitur hæresim fæminatam.

F. Ex Breuiario Dominicano.

G. Ibidem.

H. Diuus Thomas scripsit quatuor libros contra Gentes, Opus quidem celeberrimum.

I. De raptibus, extasi, & similibus, quæ frequentissimè D. Thomas patiebatur, lege Castill. 1. p. Chron. lib. 3. c. 24. & 25.

K. No-

K. Notat Coninius libello de vocibus hebraicis noui Testamēti cap. 13 Thomam esse Syriacum, nempe Thoma Ioannes Euangelista interpretatur Græcè Didymum, hoc est Geminum, seu Gemellum; sicque certum est esse ab hebraico nomine Thoamim, id est Gemini, quod habetur Exodi 26. 24. & cap. 36. 29. vel à Theomim transposito eiusdem significatus. Genesis 25. 24. cap. 30. 27.

Posses quoque deducere à Thehom, id est Abyssus, vorago, immensa aquarum profunditas, Gen. 1, 2. & alibi.

Item à Thamah, obstupescere, admirari.

Postremo à Thamam, esse integrum, perfectum, consumatum, & absolutum.

L. Castillus 1. p. Chron. lib. 9. c. 32. refert obijsse circa horam matutinam.

M. Vlcus habebat in tibia: On id equitare cogebatur. Ibidem.

N. Ex eodem ibidem.

O. Ex eodem c. 33.

P. Ibi-

P. Ibidem.

Q. Ex dicto Authore c. 32.

R. Ioannes XXII. dixit de S. Thoma: Quot articulos, tot miracula fecit.

FINIS.



Errata	Correcta.
in propriam	propriam. 52.lin.18.
igitur vel	vel igitur. 53.lin.17.
Perexiguo	Perexiguum. 90.lin.11.
Sciens	Scias. 120.lin.13.
Aderet	adderet. 121.lin.1.
hoc	hac. 122.lin.2.
reputaſſe	reputaſſes. 131.lin.17.
imolandum	immolandum. 133.lin.14.
facto	fato. 154.lin.6.
librum	liber. 201.lin.7.
Prontuaria	promptuaria. 203.lin.16.
Clementis	Elementis. 203.lin.21
Pluuia	Pluuiam. 206.lin.23
ſeſe	in ſe ſe. 209.lin.1
fundens	fundes. 210.lin.18
corporis	corpus. 212.lin.9
Puerculus.	puerulus. 262.lin.16
corari	corare. 269.lin.9.
oratorum	aratorum. 279.lin.10.
Aſtemia	Abſtemia. 290.lin.15.
Dominicanis	Dominicanus. 312.lin.20.
cithera	cithara 330.lin.16.